 absit a te domine non erit tibi hoc. **E**st et aliq.  
 timore moderatus q. naturaliter mestis oī homi-  
 ni et est sine peccato. fuit et fames et fatis et  
 tales passiones fuerunt in cristo. **Vnde** ipse  
 naturaliter horruit mortem et penas acerbissi-  
 mas quas prescivit se passum de propria  
 mo. **A**lteram huiusmodi passiones fue-  
 rint in cristo q. in nobis. **I**n nobis enim pse

rūnq; huiusmodi passiones preueniunt iudi-  
 cium rationis et impetum voluntatis. **I**n cuius  
 to autem semper sequebantur rationem et vo-  
 luntatem unde volens esurivit et habuit vo-  
 lens timuit et volens contristatus est. **N**ic-  
 bilis enim coactum in cristo consideratur: sed  
 omnia voluntaria creduntur. **I**sta ergo tri-  
 sticia ita fuit naturalis: q. tamen fuit volun-  
 taria et rationalis. **E**t ideo signanter dicit  
 hic euangeliste q. ceperit contristati. et q. ce-  
 perit pauere non dicunt fuit contristatus vel  
 pauefactus: quia ipse motus tristicie non ei  
 dominatus est: sed ipse statim eum assum-  
 ptit et voluntati diuime subiect. **A**liud est  
 enim contristari: et aliud magis contristati.  
**V**nde contristat eum passio! sed passio no  
 dominatur eius animo. **P**ropassio enim dicit  
 inceptionem: sed passio continuationem. **Q**i  
 ergo timor et tristicia inter se sunt surgere in  
 parte sensitiva: sed nondum pertenebunt ad  
 eius animum sive mente. ideo dicit tristis est  
 anima mea usque ad mortem. ubi anima sus-  
 mitur pro parte sensitiva in qua sunt passio-  
 nes non autem in mente. fuit etiam alibi di-  
 ciat nunc anima mea turbata est. **P**oterat  
 quidem christus. natura non moti fuit a adam  
 potuit non moti ante peccatum. in eo enim nul-  
 lum culpe debitum. nullius peccati fuit vestigium.  
**S**ed fuit veram humanitatem ita et humanas  
 infirmitates nostras assumptus que a deo non  
 separant velut econtra ignorancia impotem da-  
 concupiscentia et huiusmodi faciunt. **E**t  
 nota q. passio turbans potest in anima tristi-  
 citate accidere. aut preter impetum et iudicium  
 rationis. ut motus subitus qui appellatur p-  
 assio. aut contra impetum et iudicium rationis  
 ut motus progressus usque ad perturbatio-  
 nem rationis. vel a sua rectitudine ut in malo  
 vel a sua tranquillitate ut in bonis imperfectis  
 aut secundum impetum et iudicium rationis. ut  
 motus a ratione impetratus et ordinatus. ut  
 turbatio peccantis vel complicantis. **P**ri-  
 mo modo passiones sunt in omnibus puris  
 hominibus. etiam perfectis. secundo modo in im-  
 perfectis solum. tertio modo in cristo. quia  
 in eo totaliter subdita erat sensualitas rationis  
 et ratio inferior superiori. et superior deo. nec  
 tamen una potencia impediens aliam in ope  
 suo naturali. **C**ontristabatur etiam christus  
 secundum: iheronimum. non solum timore im-  
 minentis mortis quam ipsa natura abhorret  
 et recusat. sed et propter infelicitatem Iudei  
 et scandalum discipulorum. et dejectionem  
 iudeorum. et eversionem iherusalem. miser-  
 tus et compassus. **E**t possumus etiam addere  
 q. ideo tristabat. q. prescivit q. tam acribe

passionis sue flagellā et vñl neā et more  
amarissima in multis adhuc hodie misere-  
ris et obstinatis peccatoribus frustari de-  
betent. Secundo assumptis pauorem et  
tristiciam pro nobis membris suis ut ip-  
se nostras tristicias in se vñcere et hanc et mor-  
tem nostram sua morte destruxit; et hanc  
suscepit temptationem et passionem ut nos  
a te nō pñzatione et passione liberaret. Ter-  
cio quoque huiusmodi pauorem et tristici-  
am assumptis nobis in exemplum et doctri-  
nā in mōalem ut sequitur. Ex hoc enim  
articulo qui est pauoris et tristicie assump-  
tio plura habemus documenta. Primū  
est ut nos exemplo cristi discamus timo-  
res et tristicias ac passiones alias in no-  
bis insurgentes. Feno rationis cohibere ne  
vñque ad animam pertingant. sed in inferi-  
ori parte anime sub voluntatis imperio  
constingantur. ut dictum est de cristi.  
Secundum est ut eius exemplo discamus  
nos desperare non debere si aliquando nobis  
subripiat tristitia timor vel pusillanimitas in  
obsequio et opere diuino. Vnde Augustinus  
Moriturus tristatus est cristus ut diceret  
martires suos non debere desperare si in hora  
passionis subripiat tristitia quam tamen vñ-  
tant. Tercium est ut nos discamus con-  
tristari pro proximis et necessitatibus eo-  
rum sicut cristus tristatus fuit nō pro se sed  
pro alijs ut dictum est secundum vñnum in-  
tellectum. Quartum documentum est ut ex-  
emplō cristi discamus tristicias et turbacio-  
nes nostras ad deum cum oracione referre his-  
tit fecit ipse. Nam statim ut dixerat tris-  
tis est anima mea iūt ad orandum. Quin-  
dum documentum est qđ nos orare volentes de-  
uote debemus sedere ab hominibus ad ali-  
quem locum secretum hanc fecit cristus das  
nobis exemplum. Septimum est qđ omnes  
tristias tribulaciones penas aduerfitates  
et infemitates nostras etiam si petamus ab  
eis liberari hanc fecit semper post ora-  
tionem committamus voluntati diuine ac per  
hoc eas quasi in cor cristi reponamus oran-  
tes ut ipse eas in vñione sue passionis per-  
ficiat et offerat eas deo patri ad laude et  
gloriam suam. Et ex hoc nostre tribula-  
tiones et passiones multum nobilitantur.  
Nam hanc passio cristi in celo et in terra  
infiniū attulit fructum sic pene et que am-  
qđ tribulaciones nostre hoc modo cristo com-  
misse in vñione passionis sue tam fructi-  
fere erunt ut angelis in celo gloriam iustis  
in terris in exitum peccatoribus veniam pue-  
gandis animabus conferant coeleum.

Ecce ergo istum articulum studeat ho-  
mo semetipsum contristare cum gemibus  
compaciendo cristo de sua tristitia prop-  
ter nos assumpta et si in aliqua turbaci-  
one vel aduersitate sic vñiat illam ā tri-  
sticia et aduersitatibus cristi ut ex vni-  
one ipsatum dulcescant. et deo in summa  
pacientia redoleant. O domine ihesu qui  
tristari pro me misero vñuisti da michi  
omnes tristicias meas ad te iugiter suffer-  
te tuqđ eas in vñione tue tristicie metu  
dignitus sufferre. Deinde dominus ihesu  
volens se etiam sequestare a tribus a  
postolis secum assumptis dixit eis. Hu-  
stmeto hic expectando et vigilare mecum  
non cum dyabolo vel cum mundo tam  
quam amici speciales pre ceteris qui de-  
bent in angustiis assistere amicas. Hu-  
stmeto pondus temptationis vigilantes a  
sompno infidelitatis et torpore mentis  
ne ingravante dyabolo obrepant vobis. Ce-  
teris quidem iussit sedere ibi quasi infatu-  
tes ab agone isto seruans eos securos vñ  
autem quasi firmiores vñque hoc adduxi.  
ut collabretis meam in vigiliis et oracio-  
nibus sed nolo vos progredi vñterius.  
nondum enim potestis. Propter hoc  
manete hic vigilantes sicut et ego vigilo  
ut vñusquisque in gradu sue vocationis con-  
sistat quia et omnis gracia quamvis mag-  
na fuerit superiorem habet. Et pro-  
gressus est ab eis pusillum scilicet quan-  
tum iactus est lapidis et pohis gemibus  
procidit in faciem suam super certam ut hu-  
militatem mentis ostenderet habitu corpo-  
ris et orabat corde dicens ore. Abba  
pater si possibile est salua congruēcia re-  
demptionis humanae et si moritur mors  
me secundum carnem non moriente trans-  
fer calicem hunc id est experimentum pas-  
sionis a me. Quasi diceret. Si possi-  
bile est sine morte mea temporali saluarī  
genus humanum transfer calicem amate  
passionis a me. Per orationem offere-  
bat spiritum deo patri que quidem ora-  
cio ex pluribus ostenditur perfecta pri-  
mo quia solitaria est enim oratio eleua-  
tio mentis in deum quod melius fit quando  
homo est sequestatus ab alijs. Se-  
cundo quia humilis cum in faciem suam  
procedit. Tercio quia deuota cum ab  
deum patrem recurrat. Quarto quia re-  
cta cum voluntatem suam voluntati diu-  
ne submittit. Quinto quia caritativa  
cum interim dulciter discipulos visitavit  
Qđ dicit abba pater vñteriusque populi

utriusq; populi patrem et salvatorem deum  
 esse innuit et ostendit. Idem enim significat  
 abba qd pater sed abba est hebreum pater  
 vero grecum et latinum. Ergo utrumq; primus?  
 ipse inuocat. ut utrumq; populum in eum  
 creditum et ab utroq; eum inuocandum esse  
 doceat quia non est distinctio iudei et greci.  
 Qz autem dicit si possibile est ad potentiam  
 dei patre et iusticiam referat. Quoniam quan-  
 tum ad iusticiam eius quia non solum potens  
 est sed etiam iustus non sunt possibilia miseri-  
 ea que iusta sunt. Vnde ut rectus homo hor-  
 rebat mortem et voluntatem sensualitatis vel  
 let non mori si de iusticia posset fieri. Habe-  
 bat autem iusticia patris ut christus patere  
 et a constitutione mundi hoc nostre salutis  
 sacramentum erat ab eo pretestus. Angustia  
 ergo mortis et tolerancia passionis non pla-  
 cebat christo pro se. et tamq; finis. qui per se  
 appetitur ideo simpliciter loquendo pati nolle-  
 bat. sed propter obedientiam patris et salutem  
 humani generis passionem et mortem volun-  
 tate suscepit. Hanc inuenimus voluntarie tecum  
 punctione amata non propter propria; sed propter san-  
 citatem consequendam. Nec voluntas non moriendi  
 gloriosos martyres facit. Non enim vult sen-  
 sus carnis nisi qd delectat si autem delecta-  
 ret eos mori non inde videarentur mereri. Sed  
 quia hanc voluntatem non moriendi deo subici-  
 unt et qd naturaliter fugiunt propter deum vo-  
 lunt ideo merentur. Vnde et christus subdit  
 dicens. Veruntamen non qd ego volo huma-  
 no affectu. sed qd tu. Quod enim ex huma-  
 na infirmitate trepidanter renuerat reuertens  
 in seipsum per obedientiam et fortitudinem  
 mentis confirmat. Non inquit hoc fiat. qd  
 humano affectu loquor sed ad qd missus sum  
 et propter qd ad terias tua voluntate descendit.  
 Vnde alibi. Non rem facere voluntatem me-  
 am scilicet quam temporaliter sumphi ex vite  
 gme sed voluntatem eius qui misit me. quia  
 videlicet communem habui eternus cum pa-  
 tre et quam semper approbo anime facione.  
 Non meam. non propriam. non meam non fi-  
 lii hominis. non meam que resistat deo. Et  
 utrumq; voluntas christi non erat contraria vo-  
 luntati patris sed qui veniebat obedientiam  
 docere non inueniretur obediens si propriam fa-  
 ceret voluntatem. Quanto ergo magis nos  
 non iudicabimur obediens si facimus proprias  
 voluntates. Vnde Augustinus. Filius um-  
 quis dicit non quero voluntatem meam et ho-  
 mines volunt facere voluntatem suam. Ille ta-  
 tum se humiliat qd est equalis patris et tantu-  
 se extollit qui in modo iacet et mihi manus ei  
 portatur non surgit. Et iterum. Transtigu-

tat in se suos et quia nichil aliud vult quam  
 pater docet eos priuatam voluntatem cordis  
 gere et dirigere iuxta diuinam. Vnde et ihesus  
 Usq; in finem non cessat docere nos patribz  
 obedire et voluntatem eorum voluntati nostre  
 ponere. Ostendit itaq; secundum bedam do-  
 minus ihesum ut cum moe vel aliud qd fieri  
 nolumus inuincit sic per infirmitatem petaz-  
 mus ut non fiat quatinus per fortitudinem  
 pati simus ut voluntas conditoris nostri esti-  
 am contra nostram voluntatem fiat. Nam si  
 aut multum confidere non debemus ne nostra  
 virtutem videamus profici si multum pu-  
 fillimenter agere et diffidere non debemus  
 ne dei adiuto res nostri impotenciam videa-  
 mur pronunciare. Et iterum. Multi adhuc  
 infirmi contristantur futura morte sed si ha-  
 beant rectum cor vitent mortem quantum  
 possunt sed si non possunt dicant qd dominus  
 dixit patre si fieri potest trahat a me calix iste.  
 ecce habes voluntatem humanam vide iam  
 rectum cor sed non qd ego velo sed qd tu.  
 Hec beda. Et rediens de loco in quo orauerat  
 ad tres discipulos suos scilicet petrum iacobum  
 et iohannem inuenit eos dormientes. In  
 vicina temptatione incepit oculi eorum  
 languescere quia dormicio erat quasi prefigu-  
 ratio negacionis et fuge. Vnde beda. Somp-  
 nus corporis prefiguratio erat qd in proximo  
 grauandi erant sompno infidelitas. Et pe-  
 tro promis dicit sic symon dormis. Quasi  
 diceret. Sic erat faciendum vel sic imples qd  
 promiseras. Non potuisti una hora vigilare  
 meam. Quasi diceret. Qui una hora non po-  
 tuisti vigilare meam quomodo mortem spe-  
 nes tu quia spondes mori meum. Non ostendis  
 tamen feruorem facto quantum verbo. In hoc  
 apparet tua infirmitas. Per hoc qd dicit una  
 hora ostendit qd brevis est molestia temp-  
 tationis respectu remunerationis. Ut ergo dicit  
 tullius omnia que breui sunt tolerabilia  
 debent esse etiam se magna sint. Quamuis  
 autem omnes dormirent petrum tamen pos-  
 sit incepit quia enim propter ceteris fuerat gloria  
 tuis ideo propter ceteris erat incepandus. Item  
 quia inter eos principalis erat ideo in ipso a-  
 lios reprehendebat. Item quia in eodem de-  
 factu prelatus magis est incepandus qd alii  
 ceteris partibus. Qui etiam iam infirmitate  
 depresso non petrus vel cephas sed antiquo  
 nomine symon a domino hic vocatur. Vigilare  
 attente oculis mentis et corporis et ora-  
 te deuote verbis cordis et oris ut non intre-  
 dis in temptationem negandi me et receden-  
 di a me. Non dicit ne temptemini quia im-  
 possible est hominem non temptari. sed ne

interea in tempitacionem & incidatis in eius profundum id est ne temptatio ws sup et et inclusus at per consensum vel opus temptationis em inicium est suggestio mali medium consensus in delectacionem vel opus consummatio est opus ipsum. Ad evitandum aut temptationem et ad resistendum eidem recurrendum est ad orationem. Oratio enim est eleuacio mentis in deum quanto aut mens in deum eleuatur tanto facilius temptatione ab ea superatur. Et sicut fui audito clamore fugit et vicini veniunt ad succursum ita clamor orationis dyabolum fugat et sanctos ad succursum exicit. Unde ysidorus Noc est remediu cuius qui viciorum temptationis estuat ut quociens quolibet vicio tangitur sociens oraciones suffbat quia frequens oratio impugnationem viatorum extinguit. Et sicut seruus qui sentit furum in domo et non clamat fauet furi et pector est dm̄ sui sic qui sentit temptationem esse in corde videatur christum prodere et dyabolo consentire misi statim per orationem exclamat. Et ideo quia dyabolus semper temptat semper debemus orare et numquid deficere. Sed oratio debet ordinari non ad hoc ut non temptamur sed ad hoc quod non intremus in temptationem. Multum autem valet ad expulsionem temptationis cogitatio & timor eterne mortis. Unde Augustinus Timor de futura morte me tem concitat et quasi coclauatos omnes corporis motus supbie ligno crucis affigit. Spiritus quidem de se et natura sua propterea est in me & in ipsis ad consistendum caro aut infirma in ipsis non autem in me ad tolerandum: quia caro corrupta semper deprimit et aliquando vincit spiritum et ideo est orandum. Nam quasi promptum habuisti spiritum in promittendo morti etiam pro me sed nunc patet carnis infirmitas ad sustinendum imminentem temptationem quia ipsa dormicio corporalis iudicium est et quasi prenuncia vestre infirmitatis nondum enim virtute ex alto induisti. Vbi Iheronimus Noc autem aduersus temerarios dictum est qui quicquid crediderint putant se consequi posse Itaque quantum de ardore mentis confidimus factum de fragilitate carnis timeamus. Hec Iheronimus. Tu domine qui misericordia vigilamus et oremus da nobis gratiam ad hoc facendum quia licet spiritus promptissimus sit caro tamen infirma est et tota pigra et tota sompnoleta nec potest sustinere ut viri patrum nam horam perfecte tecum vigilet et tecum ore ne cadat in temptationem. Deinde iterum secundo abiit et oravit dicens Pater mi si non potest hic calix transire misi bi-

bam illum. Fiat voluntas tua. Ostendit hinc ut ait Christus. Quoniam valde confortat voluntati dei et quoniam ubique hanc sequi oportet et hanc inquit. Vellit qui dem transire calicem quia homo est sed perficit dispensacionem quia patri obediens est. Unde et leo papa Hec vox capitatis salus est tuus corporis: hec vox omnes fideles instruxit omnes confessores accedit. omnes martyres coronauit. Nam quis mundi odia quis temptationum turbines quis posset persecutorum superare terrores nisi christus in omnibus et pro omnibus pater diceret. Fiat voluntas tua. Discant igitur hanc vocem omnes ecclesie filii ut cum aduersitas violencie aliquis temptationis inambit superato tremore formidinis accipient toleriam passionis. Et reuersus denuo inuenit eos dormientes per tristitia erant enim oculi eorum grauati et depresso interioris quidem languore terroris et tristie exteriores vero vigiliorum longitudine. Nam tristie magnitudine sompnum non poterant vincere: timentes cum pro capite tum pro se sed sicut dormiebant mente ita et corpore quia ex corpore anime: quandoque prouenit sompus natire: Et ait illis. Quod dormitis scilicet in tantis constituti periculis: cum fit tempus vigilandi propter instantiam grauissime temptationis vobis imminentis. Surgite a corpore mentis vigilante animi vigilancia et orate ne intretis in temptationem scilicet per consensum id est ne temptatione uscipe et intra suos casas teneat. Et abiit iterum et oravit tertio dicens eundem sermonem orationis. scilicet pater mi et cetera. Tertio christus idem orauit: ut orationis frequentiam ostenderet et nobis spei longanimitatem exhiberet. Iterat orationem ostendens quod oratio debet esse continua. Similiter iterat visitacionem discipulorum suorum quia opera caritatis debent orationi esse coniuncta. Et sic prelatum instruit et sibi. et gregi intendere et nunc contemplatiuam nunc actuum vitam exercere. Vnde non obstat: quod dicitur in ecclesiastico non iteres verbum in oratione tua quia illa auctoritas sic intelligenda est: non iteres: id est ita his diligens in preferendo integrum et devote verba orationis tue. ut postea propter omissionem vel negligenciam non oporteat iterare: sed tamen iterate proper deuocationem vel instantiam bonum est. Sic et eundem sermonem in predicando diuerhis bonum est quandoque iterare. Cum autem operet et anxiaretur dominus ihesus.

dominus ihesus ecce angelus princeps michael astigit contra te is in eo motum sensualitatis secundum quam minoratus est paulominus ab angelis illi scilicet motum qui ex hoc erat mortem. **S**ed tamen post Christus se voluntati patris sub ministrante angelus eum confortauit. In quo inuitus quod licet quandoque non fuit at quod petitur quia forte non expedit semper tamen oranti mentalis consolacio confortatur. **E**t secundum theopoli ut nobis innotesceret orationis virtus quatinus eam in aduersis propinquamus rotans dominus ab angelo confortatur. **E**t humilis dominus reverenter et humiliter suscepit hanc confortacionem etiam a sua creatura considerans se esse minoratum paulominus ab angelis dum est in hac lacrimarum valle et sicut contristabatur ut homo sic ex verbis angelii fuit confortatus ut homo Nec putandum quod hic angelus vel a Ihesu fuerit in eius custodiam deputatus quia hoc non deauit et Christus non indiguit. **S**ed dum bedam alibi quod angelus ei ministraverit hic quod angelus eum confortauerit dicitur ut utrumque natura designetur. Nam diuine nature angeli ministrant humanam vero confortant.

**A**pparuit autem ei angelus visione corporali in assumpto corpore humano consolans eum per modum seruientis non propter se et sui indigenciam sed magis propter discipulos assistentium consolacionem et ad confirmationem fidem in eis quod Christus sit maiorum angelus ratione dei tatis ac propter nostram instructio nem ad ostendendum scilicet quod angelii assistit nobis orantibus confortantes nos in oratione. et ut ex sua post tristiciam consolacione sciremus quod tribulatis pro Christo non deest diuina consolacio iuxta illud psalmista secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificauerunt animam meam. Nam secundum bedam creator non indigebat creature subsidio sed homo factus fuit nobis et propter nos est confortatus. **S**ed ipse dominus ratione se confortabat discernens ad patrem. Non sicut ego volo sed sicut tu. **A**iunt autem quidam michael astigit oranti et dixisse se patris orationis tenorem retulisse et omnes quod pro cidentes angelos pro hoc ipso orasse. et respondisse patrem nouit dilectus filius meus quod humani generis redempcio quam sic optamus sine lui sanguinis effusione decenter fieri non potest. Angelus autem post hec confortauit eum vel de sui presencia sicut amicus de sua presencia confortat amicum. **V**nde confortauit id est ad modum confortantis se habuit scilicet ei assistere vel forte aliquae verba consolatoria dicendo.

qua scilicet hic vice Lucifer fuit virtus est in celo vel quod magnanimum magna sustinere debet. vel quod passio citio transiret et eius fructus esset perpetuus scilicet redemptio humani gnis et restauratio angelice eum. vel aliquod simile. **V**el secundum quod ut dicit theopoli ista angelii confortacio fuit Christi glorificatio. **D**icebat enim angelus glorificans eum Domine tua est virtus. tu potes contra mortem et infernum genus liberare humanum et simile. **I**hesu qui in oratione positus ab angelo confortari volueristi da mihi per virtutem orationis tue. ut oranti mihi semper assistat angelus tuus me confortans. **H**ic animaduerte contra ipsam calamitatem nostram. quia dominus Ihesus pluribus vicibus orauit antequam a patre acciperet responsionem et confortacionem. **S**icut autem fecerat temptationis in tribus locis sic tecum orauit non in eodem loco sed in tribus diversis locis distantibus ab invicem per iactum lapidis. **E**t ut deinde abhuc in ipsis locis vestigia ecclesiastarum sunt que ibi facte fuerunt. **E**t factus in agonia prolixius orabat ostendens et docens quod nos in agonia usque quacumque necessitate constituti debemus ad orationem confugere. et in magnis periculis ac maiori necessitate magis et instantius orationi insistere. **A**gonia ista potest dici certamen contra mortem. vel mortis anxietas quam quasi presentem preuidebat. et ideo dicitur tunc fuisse in agonia sicut inservi in extremis laborantes dicuntur certe in agone. **V**el potest dici certamen et reluctatio sensualitatis ac faciens. quia agonia erat et certabat in eo mirabiliter pugna sensualitas naturaliter mortem horrens et reusans. ac ratio voluntati diuine obtemperans et ipsam mortem pro salute humana zelans quia virtute diuina quebet pars permittebatur agere et pati quod proprium erat sibi. **I**am tamen vicebat mortem animo dum etiam morti volebat. quam potest vicit actu ipso scilicet resurgentem. **S**ed heu collectacio carnis ad spiritum fuisse sensualitatis ab rationem quod secundum hominum facit retroire uel exorbitare ut illos qui pertant in mortalitate et quod secundum lenite incedere fuisse in via mortali ut illos qui pertinet mortaliter. **V**nde in huiusmodi pugna prolixius est orandum ut ratio sit recta et voluntas constans. ac sensualitas recte rationi et ratio diuine voluntati non obstat sed obediens. et dicimus non mea sed tua voluntas fuit. **I**n statu mortis discretum iudicium et ea que homo nunquam antea recoluit ei venit in animum. In cuius figura Christus approponit quante morte factus est in agonia. **V**nde ergo apropinquante etiam morte nostre mentis

in se certamen expressit. quā vim quandam  
terroris et formidinis patimur cum p soluci-  
onem carnis eterno iudicio appropinquam-  
mus. Nec inmerito tunc anima terretur quo-  
nam post pusillum hoc inuenit quod in eter-  
num mutare non possit. Si enim considerem⁹  
q̄ viam vite presentis nequaq̄ sine culpa tua  
sire pavimus et q̄ nec hoc ipsum sine reatu  
noste⁹ est. quod laudabiliter gessimus si re-  
mota pietate iudicem⁹ merito in agoma co-  
stituim⁹. Et cum dominus prolixius ora-  
ret interū sudor feruentissimus in modum  
satigurans et cumpens in hac agoma sive certa-  
mine vslq; in terram habundanter currebat.  
Ex feroce enim orandi et ex apprehensione  
imminentis periculi ac vehementi anxieta-  
sensualitatis que permittebatur agere et pati  
quod erat proprium sibi inflammabatur cor  
et corpus ut aptis poris efflueret sudor rubi-  
cundus et sanguineus. Iste sanguis fuit ve-  
sus et naturalis quantum ad veritatem sue ex-  
istencie et de purissima cristi carne sed mira-  
losus et non naturalis quantum ad modū p-  
fluencie. Quia scdm Sedam contra naturā  
est sanguinem sudare. Sic etiam oportet  
dicere de sanguine et aqua latecis cūstī iam  
mortui p fuit versus sanguis et r̄ta aqua sed  
miraculose effluperunt de mortuo corpore. Ad  
hunc suauissimi sudoris ballatum egrotis p-  
ficiū festina ne tardaueris ut inde sanari me  
tear. Vnde anselmus Quid stas. Accurre et  
suauissimas illas guttas lambe. et puluerem  
pedum illius lingue Noli dormire cum petro-  
ne me teatis audire. Sic non potuisti una  
hora vigilare ne cum Hec Anselmus Surgit  
igitur tertio ab oratione i qua stabat flexis  
in terram genibus totus sanguine maledact?  
Quem conspice tergētem sibi vultum vel for-  
te etiam in torrētē lauantem. totumq; afflic-  
tum te uerenter cerne. et considera quā anta tūc  
fuerit aīe sic angustia cuius testes sunt gut-  
te sanguinē de currentes in terram. et ei inti-  
me compate quia non sine ingenti acerbitate  
doloris hoc sibi potuit contingere. Nun-  
quam em aliquis mortalium ob mortis hor-  
rorē auditur sudorem sudisse sanguineum.  
Vnde patet eius numq̄ similem fuisse dolorem  
In hoc quidem apparet quanta fuerit amari-  
tudo passionis cristi cuius sola cogitacio tan-  
tam natum inmutauit p̄ pre angustia suda-  
re coegit. Hec pugna eius et anxietas mar-  
tiuum certamina et agones significans plu-  
ritum consolatur et confortat pusillamines  
et infirmos et ad amorem incitat tepidos et  
ingratos. Vnde Anselmus Postis quoq; ge-  
nibus in terra procidisti in faciem tuam. ado-

tais in agoma et dicens. Abba pater mihi  
possibile est transeat a me talix iste. Et angus-  
tias quidem cordis tui dulcissimu certissime  
indicabat sudor ille sanguineus qui oracionis  
tempe de sanctissima carne tua guttati decur-  
rebat in terram. Dominator domine ihesu  
vnde anime tue tam vehementis tristitia vnde  
tanta sudoris anxietas et tam anxia supplica-  
cio. Noime voluntarium omnino sacrificium  
deo patri obtulisti et nichil iniurias ptulisti  
Vtq; domine. Arbitramur autē q̄ et hoc  
quoq; ad consolationem infirmorum mem-  
brorum tuorum assumptisti ne forte desperet  
quis si taro infirma remuraret ubi ad pas-  
sionem promptus est spiritus. Similiter et  
ut maiores erga te a moris et gratitudinis sti-  
mulos haberemus naturalem. carnis infirmi-  
tatem euiscemodi iudicis int̄ expressisti qui  
bus docemus quia vere laguores nostros por-  
casti. et non absq; sensu doloris passionum  
sentes partisti. Vox enim illa vox carnis fuis-  
se videtur non spiritus eo q̄ subiunxisti. Spi-  
ritus quidem promptus est caro aut infirma-  
Hec Anselmus. Voluit autem dominus  
sanguinem sudare pluribus tationibus. Pri-  
ma est scdm Augustinum ad figurandum p̄  
de corpore suo toto quod est ecclesia sanguis  
effundendus et emanatura erant sanctorum  
martiria. Secunda est secundum Sedam  
ut per terram sanguine iterigata declararet  
terre nos homines sanguine suo redimendos  
et mundandos. Tercia est secundum glo-  
lam ut totum mundū peccatis mortuū ad vitā  
resuscitaret ideo sudore suū sanguineū ad terrā  
decurrere volebat Item scdm Bernb. non so-  
lum oculis sed q̄si membris oībus fleuisse vide-  
tur ut totū corpus eius qd est ecclesia totius  
corpis lacrimis purgaretur. Insup ecclā san-  
guis decurrebat in terrā ad ostendendū q̄ pro  
terra id ē ecclesia abluc militate in terra ora-  
bat et sanguinē suū fundebat et ipsam suo ie-  
rigata sanguine fecūdabat In sudore autē no-  
tā feroce in sanguine precū in de cūsu habū-  
dācia i guttis pticularis efficacia q̄uis esset  
vniuersalis sufficiēcia Ex isto articulo q̄ est su-  
doris sanguinei defluvio habet de cūmetū salu-  
tiferū q̄ et nos i oracione de bēm? ita esse itē  
ti et ferundi ut ex vehementia int̄chois et feroce  
deuocōis sudem? q̄si sanguinē p̄ figuraci-  
onem passionis cristi et ardorem dilectionis  
ad deum. Quod fit dum quis orans in tan-  
to ardore deuociōis accēditur q̄ pro amore  
dei si oportet sanguinem suum fundere non  
vetetur et talis sic mcalescit spiritu. ut to-  
tus sanguis in corpore quasi spiritu alludens  
proximū et promptū se exhibeat ad expūdādum

**Q**uia vero caro ex inferni ate sua tam vehementer ardorem deum omnis suffere non p[ro]ualet ideo sudorem q[ui] sanguinem evaporat & saltem pro sanguine ardentes lacrimas per oculos effundat Et quoniam nos tam vigorosam orationem effundere non valemus ab iungamus oracionem nostram oracioni cristi qui est abuocatus noster apud patrem et ipse interpellat pro nobis mox orat nobiscum Et illa ora est efficacissima et deo patri accep ta que scilicet in uimione oracionis cristi offetur Quaeffraces etiam sint lacrime oracionis et maxime ille que in recordacione passionis cristi funduntur patet ex quadam reuelacione facta auidam persone de qua legitur q[uod] appartenens ei dominus in spiritu ait Si q[ui]s in recordacione mee passionis lacrimas cum deuocione fuderit suscipere volo ac si ipse pro me passus sit In tecu lendo istum articulum procedat homo in faciem suu teriam orando inten te et cogitet angelicam presenciam sibi tunc adesse recognoscet etiam agonem suum et conetur quantum potest habere lacrimas ex copassione et amore cristi quas si habete non potest per oculos fundat saltem lacrimas coridis Et h[ab]uit cristus dei filius minime sibi passione horrenda cum pre angustis supuentate mortis guttas sanguineas in teriam fundet nichilominus tamen libere voluntatem suam voluntati patris commisit et q[uod] cepierat deuote p[re]fecit sic quilibet deuotus in omnibus aduersitatibus pressura et tribulacionis angustia licet forte naturam reluctantem habeat se patente voluntati committat et hoc q[uod] occurrit deuote suscipiat O pie ihesu qui factus in agonia guttas sanguinis mirabiliter desudasti da michi ut recordacio tue passionis accensus lacrimatum guttas pro sanguine in conspectu tuo merear dulciter desubare Ne sp[iritu] nunc qualiter iacebant discipuli dormientes et qualiter dominus ostendit eis modum orandi in gestu corporis et in verbo priore et per angelum ibi apparentem Quem modum et tu tenere debes scilicet te p[re]sternendo ac proximum defectum et fragilitatem recognoscendo et cadendo in faciem tuam non post faciem ut ea que rogas coram te habeas et in mente teneas non retro ut unum ore dicendo et aliud corde cogitando et ut humilitatem ostendas habitu corporis casus enim in teriam docet nos magis humiliati possiederi et q[uod] voluntas patris semper precedat et q[uod] non ceperit sed cum magno seruore ores sunt dominus fecit et q[uod] non parum sed prolixus et distincte non sicut illi qui festinante horas soluendo et si non verbo facto tam diuine

expediamus nos de istis quia habemus facete alia magis necessaria quia festinantes ad utiliora et maiora et vide quomodo statu adebit tibi angelus qui te adiuuet et confortet et oracionem tuam deo presentet propter exemplum enim nostru[m] ille angulus apparuit confortans dominum Et non semel sed frequenter est orandum sicut ipse ostendit nobis per triuam oracionem suam docens ut non deficiamus sed in oratione permaneamus donec impetreremus ea que postulare iam cedimus Et tu ora pro mortuis pro viuis tam peccatoribus quam iustis Vel orauit ter ut et nos de peccatis preteritis veniam de presentibus emendacionem et de futuris cautelam a deo postulemus Vel ut hec tria scilicet veniam gratiam et gloriam in oratione petamus vel ut contra triuam concupiscentie seu cupiditatis temptationem oracionis clipeo tueamur vel ut ad trinitatem scilicet patrem et filium et spiritum sanctum oracionem dirigamus Per hoc etiam docevit nos orare perfecte quia perfectio consistit in tribus scilicet in principio medio et fine Compaterem nunc domino et admirare profundissimam humilitatem suam quia cum sit deo patris suo coequalis et coeterus prostratus tamquam deum orat et tamquam quilibet de populo homunculus Oratio quidem patrem conuenit christo tacione humanitatis in qua est minor patre non autem ratione deitatis in qua est equalis patrei ut homo roget patrem qui ut deus est unus cum patre Considera etiam perfectissimam eius obedientiam Quia enim pater vult q[uod] moriatur ipse hanc obedientiam reverenter suscipit et exequitur Vide tertio indicibilem ad nos caritatem tam patris q[uod] filij pro nobis enim hec mors indicatur et sustinetur propter minimam ipsorum caritatem quam ad nos habent Venit autem post hec dominus ihesus ad discipulos suos et quasi compaciens eis propter temptationem de proximo eis imminentem dixit eis Dormite iam et requiescite Quasi diceret Parum potestis hoc facere Qui ibidem aliquantulum dormierunt Iubet eos dormire ut ostendat suam ad eos compassionem quia grauati erant et ut cognoscant suam infermitatem quia cum ipso uigilate non poterant et ut sompno recreati fugere possent de manibus eorum qui statim christum erant capturi et in figura q[uod] in proprio insidelatis sompno erant grauandi Considera in christo mansuetudinem pacem quanto enim magis appropinquat ad mortem tanto magis ostendit cordi sui dulcedinem Bonus pastore vigilabat super custodia pusilli

griegis sui. **O** grandis amor Vnde bonus et pius est hic pastor Vnde in finem dilexit eos cum in tanta agonia positus illo modo te quod eorum procurat Non sic hodie multi pastores faciunt quod subditis vigilatibus et in agonia positis dormiunt suavitate et quiete. **D**um ergo videbis discipulos dormientes in tanto pialo et dominum vigilantem si deuotus es multa inuenire poteris que dicas tam domino tuo quam discipulis suis. **V**idebat tandem alon ge aduersarios suos rementes cum facibus et armis nec tamen discipulos excitauit nisi cum ipse et quasi iuxta eos fuerunt. Tunc autem euigilans discipulos dicit eis. Sufficiat scilicet quia iam quietis et satis dormitis. Ergo parum est dormendum. **V**nde quidam patres non nisi stando vel sedendo sompnum capere consueuerunt per modicum.

Ter discipuli dormiunt. ter dominus omnes suscitat. que trina dormicio et suscitatio tres mortuos quos dominus suscitauit significat. Et subiuxit Venerabili hora et filius hominis traditur in manus peccatorum. **V**bi Origenes Sed et nunc ihesus in manus peccatorum traditur quando hi qui videntur in ihesum credere habent curia in manibz suis cum sint peccatores. Sed quociescumque iustus habens in se ihesum in potestate factus fuerit peccatorum. **I**hesus enim traditus in manus peccatorum. Hec Origenes Surgite eamus scilicet obui am iude proditori et suis complicibus. Ecce quod me tradet ipse est quem nolo decimare quod uis possem hoc facere. **A**c si diceret. Non nos inueniant latentes ac quasi timentes et retrahentes. **V**ltro eamus eis obuiam et per gaudium videant et passionem omnino voluntiam sciant. **V**ltro nos debemus offerre quod non expedit morte effugere. **V**bi ostenditur christi desiderium ad nostram redemptionem quia non solum proditore cum turba venientem expectauit sed etiam eis occurrit. **V**bi etiam docter ut si tribulari nos oportet cum gaudio et confidencia sustineamus. **M**oraliter quoque monet nos ad tria primo ab temptationes nos separare cum dicatur surgite. Secundo in bonis operibus proficere cum subditur eamus. tertio omnibus horis quasi temptationem proximam expectare cum additum esse ipse est. **E**t adhuc eo loquenter cum discipulis suis ecce iudas mercator pessimus unus duodecim secundum numero non merito quo dixit ad ostendendum inmane facinus illius qui de apostolica dignitate proditor fuerat factus accepta a prehendo cohorte militum gentilium quorum intererat capere malefactores cum tribuno qui perierat eis ac turba plurima iudeorum mi-

nistrorum accepta a pontificibus et principibus sacerdotum crudeliter uici; et pessima societate impiorum tangere ad tenendum regnum antecepit eos tanquam ductor eorum qui volebant comprehendere illum et venerunt illuc cum laeternis et facibus ut si in tenebris latere vellebant quisqueret nec non cum gladiis fustibus et armis ut captionem eius impetrare volebantibus his resistere. **S**ed omni hero incubuit virtuti seculi qui desperat de auxilio dei. **H**abebat itaque fulcimentum ab utriusque curia scilicet imperatoris et pontificis quasi servato omnime legitime potestatis ut nemo tenentibus audiret obsecrare cum hinc milites prehendis inde ministri phariseorum qui in lege summi et iudices videbantur illum tenerent vel etiam si quis audiret contra totum non posset timebatur enim plebem ne per hanc defensetur contra eos et ideo etiam nocte traditur ut sine turbis que in die frequenter propter instructionem a deo tantum inueniuntur. **A**ntiquum autem ueritas cum turba veniret ad ortum ubi ihesus cum discipulis erat dedit eis signum dicas. Quemcumque osculatus fuero ipse est scilicet christus. tenete eum et ducite caute scilicet cauendo a populo ne eum de vestris manibus eripiatur. **P**opulus enim communis deuotionem ad eum habebat. **H**oc autem fecit iudas et propter romanorum milites qui christum non cognoscabant et propter alios ne loco christi caperet iacobum minus quem qui in facie christi humiliatus erat. propter quod specialiter frater domini dicebatur. et quia timebatur ne se transformaret et de manibus eorum elaberetur quia plures detinuerunt ab ipsis processus nescientibus eis et ideo osculati eum voluerunt ut in osculando tineret ne euaderet. **E**t cum recesseret ad ortum tunc ihesus sciens omnia que ex dispositione diuina ventura erat super eum processus vltro in occurrence in illo cum fuit patus ad passionem ex quo patet voluntarie cum captum fuisse et passum discipuli quoque sequerantur eum timentes. sed ipse confortabat eos ne timerent. **V**nde dicitur scimus. Quam promptus bone ihesu spiritus tuus ad passionem fuerit evidenter ostendisti quando rementibus una cum preditore tuo viris sanguinibus et queretibus aiam tuam cum laeternis et facibus et armis per noctem vltro occurseristi. **E**t dixit ihesus occurrentibus offerentes se voluntarie eis. Quem queritis? **N**on interrogat quasi ignorans voluntatis eorum sed mori patus interrogat ut sciatur esse eum quem querebatur. **R**espondunt ei iudei nazarenus. **N**on erat quod patus ad mortem quod pfectus esse salutis auctorem nec erat psequendus quem dicunt enim florim honoris et honestatis. **D**ixit eis ihesus

semetipsum manifestans et offerens Ego su  
scilicet quem queritis : Quasi diceret Quid  
pro signo summis osculum proditoris quid  
quasi latentem me queritis cum facibus et  
latentis . Ego sum : Non se occultauit nec se  
abscondit sed magis querentibus obuiam i  
uit et se ostendit . Vbi Christus . fecit autem  
hoc ihesus ostendens quoniam non solum  
comprehendere eum non possent sed nec vi  
dere in medio existentem nisi ipse concederet  
Hoc Christus . Virtute enim diuina factum est ut  
venientes ad capiendum eum . Primo non  
cognoscerent etiam siuus discipulus qui vene  
rat ad tradendum quod maxime est potentiae  
eius ostensuum ut per hoc secundum ostenderet  
quod voluntate sua caperetur quia incongruus  
ab eis recedere poterat si volueret Sed et ma  
nifestius patet per hoc quod subditur quia au  
bito verbo virtutis et diuinitatis quod est ei cum  
patre et spiritu sancto commune a vere tom  
tui huius formidantes abierunt retro eum  
et ceciderunt in terram resupini tam iudas  
quam alij potencia diuinitatis iphius deiecti ita  
erat eis importabile quod dicebatur Item ideo  
ut etiam quantum in se est daret iudeis ma  
teriam conuersioms viso potencie sue miti  
culo . et ideo am statim ad ostensionem sue  
potencie conuersti non fuerunt se eis capiendu  
sponte obtulit . Ceciderunt retro eum et resu  
pmi sic cadunt iniquum non autem in facie hanc cadunt  
iusti . Qui autem ante se cadit videt quod cadat  
quod autem retro cadit non videt sui causus pialium  
Iniquum ergo retro cadunt qui non videt sui ca  
sus miseria et quod eos sequitur iusti vero quod in is  
tis visibilibus semetipsum spectante decidunt ut in  
invisibilibus erigantur in facie sua et non rade  
re dicuntur quia casum vident et timore com  
puncti humiliantur Hinc ergo pensandum est  
quam aspergatur itati cuius verba dulcia pa  
ti non potuerunt Hoc autem factum est ex di  
uina ordinatione ut per hoc declararetur vir  
tus sue diuinitatis Unde Augustinus expla  
mans ait Vbi nunc militum cohortes et milis  
tri principum ac phariseorum ubi terror et  
munitum armorum Nempe una vox dicen  
tis ego sum tantam turbam odiosum ferocem  
armis quod terribilem sine telo ullo possit rep  
pulit stravit virtute diuinitatis latetis Deus  
est enim latebat in carne Quid iudicaturus  
faciet qui iudicandus hoc fecit Quid regna  
turus poterit qui moriturus hoc potuerit Hec  
Augustinus . Poterat christus omnes hos  
tes suos destruere si vellet se defendere sed no  
luit nisi ad modicum eos prostertere . Hoc  
ideo fecit ut ostenderet se mortalem voluntate  
sustinere et si vellet remitti non possent

eum capte vel tenete Nec hostium christi vic  
toria fuit olim in sampstone et sangue et da  
uid prefigurata . Sampson cum mandibula  
animi stravit nille viros et sanguineum vidente  
infecit viros servos et dauid uno impetu  
occidit viros octingentos Sed si isti dei ad  
iutorio tot hostes prostraverunt non est mi  
rum quod cotiam christo omnes hostes corruerunt  
Et cum tremuli surrexisserint iterum eos in  
terro gauit Quem queritis Questionem ite  
rat ut fideles sua passione liberando ostendat  
Illi autem abduc in malitia sua persecue  
tantes . Dixerunt Ihesum nazarenum . Non  
enim cognoscere vel capte poterant eum donec  
ipse vellet . propter hoc subditur Dicit eis  
Ihesus . Dixi vobis quia ego sum . qui voluntarie  
me offero . Et tunc habuerunt iphius  
noticiam et capiendi licentiam propter quod sequitur  
Si ergo me queritis scilicet comprehendere  
faciat id quod intenditis . sed tamē simile  
hos scilicet discipulos meos abire quia non est  
tempus modo quod tollantur de mundo In quo  
patet quod ipse dedit eis potestatem capiendi .  
eum nam scilicet ex sua potentia discipulos su  
os seruauit . ita et multomagis seipsum seruare  
potuisset : Quasi diceret . Sic do vobis potes  
tatem me capiendi . ut tamē meis discipu  
lis non faciat aliquid mali Hoc dixit . quia  
seruandi erant discipuli ut verbum salutis  
per eos diuulgaretur . Usque ad ultimam horam  
eius quam ad eos habuit dilectionis conser  
uanciam demonstrauit . Per hoc ostenditur  
quod superiores debent suos subditos fideliter ad  
iuuare . et pro eorum defensione se mortis pi  
ctu exponere Ut ait augustinus . faciunt quod  
iubet finiunt eos abire quos non vult perire  
et impletur quod dixerat quia quod dedisti michi  
non perdidisti ex eis quemquam Tunc accen  
dens ille nequam . et dominum suum subdole  
salutans dixit aue rabbi ; Et osculatus est eum  
Accessit tamquam domestica . sed fur erat  
salutauit tamquam discipulus . sed inuidia  
tor erat . osculatus est tamquam amicus . et  
inimicus erat Dicitur quod erat consuetudo iudeo  
rum in aduentu suo osculari . ad significandum  
quod ingressus erat pacificus . et quod mortis erat  
domini ihesu . discipulos quos emittebat in  
osculo pacis recipere redeentes . et propterea  
preditor illis osculum in signum dedit . et ali  
os tamquam duces exercitus et dumque ad ma  
lum procedentes cum osculo facto rediit . Quasi diceret  
Non sum ego cum istis armatis sed rediens in mo  
re solito te osculor et dico aue rabbi O vere p  
ditor . Huic similes sunt multi plati qui ver  
bo vel facto alios scandalizando et post se tra  
hendo antecedunt ad malum ; et ideo etiam

ante edūt ad infernum. **Judas** beneficis crūti abutens mala pro bonis reddebat cui etiā similes sunt quā similia facere non erubescunt. **Sed** in bedam suscepit osculum dominus non q̄ simulacronem nos doceat sed ne proditorē fugere videatur et plus afficeret proditorē cum amoris officium non negaret simul et ilud psalmi complens cum h̄is qui oderunt pacem eā pacificus. **Et** suscepto osculo dixit illi ihesus. **Amice** ad quid venisti. **Vocat** eum amicum sc̄dm statum pristinum amicabilit̄ enim fuit electus a domino in apostolum. **A**c si diceret. **Ad** quod scelus dilapsus es ut discipulus traderes magistrum et dum es es apostolus factus es traditor. **Vide** quid fecisti et considera finem tuum malum. **Vel** amice quia diligo te sed inimice quā me tradis. **Vel** vocat eum amicum yronice imp̄perans simulaciones. **T**anq̄ sc̄dm Augustinum diceret. **Osculatis** et inhdicatis. **Nouū** quare venetis. **A**micum fingis aīi proditor sis. **Ostendis** amiciciam signo et azis prodiconem de facto. **A**miciam signis proditores vuntur ut eorū dolus latencius pagatur. **Vnde** ap̄cius ei dixit. **Juda** osculo filium hominis tradis id est in signo caritatis prodicionem homicidiū facis. **I**n felix signum ubi per pacem bellum per osculum homicidium p̄ salutacionem condempnatio procuratur. **Vbi** Ambroshus. **I**llud plus confusat ingratum quod eum tradiderit quā cum esset dei filius ppter nos filius hominis ēē voluisse. **Quasi** diceret ppter te suscepisti ingrate quod tradis yp̄ocrita. **E**t sc̄dm eundem quasi amantis affectu corripuit proditorē et ideo etiam sc̄dm Crisostimum xp̄um nomen posuit q̄d magis dolentis erat et reuocantis q̄d prouocati ad iram. **Vnde** Anselmus. **H**igno quod accepāt a duce flagicij te ipsum manifestasti. **N**am accendentem ad osculum sanctissimi oris tui cruentam bestiam auersatus non es sed os in quo dolus inuenitus non est oīi quod habudauit malitia dulciter applicauisti. **O**mnicens agne dei quid tibi et lupo illi. Que conuencio cristi ad belial. **S**ed et hoc benignitatis tue erat domine ut omnia illi ephiberes que prauī cordis sui p̄tinaciam emollire potuissent. **N**am et veteris amicicie illum communisti dicens. Amice ad quid venisti. **E**t horore sceleris sui cor impūlserit te voluisti cum dicebas. **Juda** osculo filii hominis tradis. **Hec** Anselm? **H**oc idē potest dici indigne suavitibus corpus cristi scilicet iuda osculo filium hominis tradis. **M**oraliter iudas est mundus quā quando ad libitū dat diuicias tunc ridet quando dat solacia et delicias tunc osculatur quando dat honores tūc

amplexatur sed omnibus istis modis nos depictit et morti eterne nos tradit. **T**este beato Job qui dicit ducant in bonis dies suos et in puncto ad infernum descendunt. **V**ide hic maximam mansuetudinem domini quia osculum proditori suo dedit et verbis blādissimis alloquens amicum ip̄m vocavit. **O** quod sunt hodie tales quā videtur amici esse domini et non sunt eius amici. **A**mici enim suis oīa nota facit scilicet mundum contempnere carnem domare et dyabolum cum suis temptationibus vincere. **S**ed multi abeunt retro post concupiscentias suas cum iūda proditore abiectunt ad penas. **Q**uoī sunt etiam hodie qui inter se videtur amici sed sūt facti et peiores q̄d inimici apti. **I**nimicus ēī manifestus mensio est q̄d amicus factus. **I**lle duni timetur facile vitatur iste praealēt dum non cognoscit. **I**n isto articulo traditionis exprimitur tria que specialiter traditionem istam reddēbant cristo multum dolorosam et factū iude aggrauabant valde. **V**num est. quod siebat a suo seruo a suo discipulo et uno ex duodecim de toto mundo ad tantam dignitatem apostolatus specialiter electus ab eo. **V**bi sc̄ā dūm Ambroshum. seruus dominū discipulus magistrū electus aucto rem pro dit. **S**ed m̄ est q̄ signo pacis et amicacie scilicet osculatō fraudulenter et dolose tradebatur. **Vnde** Ambro. **A**moris pignore vulnus infligis et caritatis officio sanguinē fundis et pacis instrumento morte interrogas. **T**ercium ē q̄ illud sedum os proditoris ut pote cuius cor satanas et oīi spuria pīa eū repleuerat tam amarosū et mellifluum os verbi eterni contingere audiebat. **E**t tunc sc̄dm Cris. agno mīti bāhi lupus dedit venenosa. **E**x hoc articulo tria habemus de cūmēta. p̄mū ē ut caueanus ne et nos cristi pditores efficiamur. **Q**uia ut dicit Origenes om̄s pditores veritatis amate veritatem fingentes osculi signo vtūc om̄s etiam heretici sicut iudas iūdū dicunt aue rabbi. **I**te cristum q̄s dolose salutat et tradit osculo in p̄prio vel etiā in seip̄o. **I**n p̄prio q̄dem dū q̄s p̄prium diligē se simulat et malū cōtra eū māchinat quā traditō eī cristus sibi assūt iūdū ilud q̄d vni ex mīnis meis fecistis m̄ fecistis. **I**te xp̄m dolose ā iuda salutat et osculatur q̄ p̄prio suo p̄mittit et nō suat vel fraudulēt ad uitātē; i seip̄o etiā deū salutat et osculo tradit q̄ ore dicit se nosse deū et credē i eū fās āt ne gat. **I**te nū iūda dūm salutat et osculo tradit q̄ tū mōrī ad corp̄ dūm accedit, īm̄ ē ut disca paciēt ferre maloz hom̄m fraudulētias sīc xp̄s paciēt sustinuit pditōis sui fallacias; īm̄ ē ut calūpniatōes nob̄ malū interpretantes nō odia.

Postea videbis quomodo ducent eum tanquam mansuetum qui portatur ad victimam et quomodo intrat ligatus et afflictus: et omnes in eum respicient et insultantes ei dicunt **O ihesu hic es.** Quomodo si propheta etas: istud non preuidebas? **Talia et multa similia** a poterant ei dicere illi maledicti. **Conside-** modo: quantu*m* iudei hiciebant sanguinem ihesu crucis: qui sumo manu*m* querebant sentenciam de morte eius dati. **Nam tanta erat eorum ne-** quacia: ut nulla moia interponeretur: qui octo dendus pylato traderebatur. **Et sic his fuit con-** filium impiotu*m* aduersus ibm: pmo ante gallicantum. **ut visu est superius.** sed mane qui dies est factus. **Quia enim est testimonis pre-** habitis non habebant aliquad unde cosa pylato sicut reus mortis accusari posset: ideo vltius consulebant qualiter eum morte dignu*m* accusarent. **Et tunc dixerunt ei.** Si tu es christus: id est rex et vincens: dic nobis. **Vbi** beda. **Non veritatem defiderant.** sed calumpniam preparabant. **Siquidem christum hominem tantummodo de stirpe dauid ventrum spe-** rantes hoc ab eo querebant ut si diceret ego sum christus: calumpniarentur: quod sibi regiam potestatem arrogaret: et ob hoc a rege puniendus esset. **Et ait illis.** Si vobis dixerim: scilicet quod sum christus non credetis michi: sicut alias non credidistis nec verbis meis: nec factis. **Si autem interrogaero vos non respondebi-** sis michi: sicut nec alias respondistis. cum interrogarem quomodo christus filius dauid esset: neque dimittetis scilicet me: qui tamen sum innocens. **Ex hoc autem scilicet tempore: id est post** tempus passionis et ascensionis erit filius hominis sedens a dextera virtutis dei: id est in potestate bonis patris secundum humanitatem: sed in equalitate patris secundum diuinitatem. **Vnde** bene dixit filius hominis: quia inquantu*m* filii dei semper fuit equalis patri et sedens ad dexteram patris. **Quasi diceret.** Ego in vita regnans sempiterna et virtute diuina: cum hic inservimus coram vobis apparcam. **Vbi** theop. **Quasi diceret.** Non est vobis de cetero tempus sermonu*m* et doctrine: sed deinceps iudicij tempus erit: cum videbitis me filium hominis sedentem a dextera virtutis dei. **Tunc dixerunt omnes.** Tu ergo es filius dei: scilicet naturalis. **Qui ait.** Vos dicitis: quia ego sum. **Quasi diceret.** Ego nec dico: nec nego: sed vos dicitis quod non creditis. **Sua ergo senten-** cia condempnatur. **Vbi** beda. Ita responsio nem suam temporat: ut et vnu*m* dicat: et sermo eius calumpnie non pateat. **Naluit enim se-** cristum filium dei probare quod dicere: ut condempnandi causa tolleretur hys: qui quod o

biscaunt hoc iphi fatigatur: **Quam tamen re-** sponsionem iphi blasphemiam reputantes dixerunt: **Quid adhuc defideramus testimoniū** scilicet ad probandum: quod se christum dicat et dei filium. **Nec duo grauius pondebant.** scilicet quod se christum et dei filium dicebat: eo quod vi debatur esse contra deum: celiquā contra ro<sup>m</sup> manum imperium. **Iphi enim audiuius de-** ote eius. **O iſensati.** excepauit vos malitia vestra. **Audistis ex ore eius deī reverentia.** qua erat colendus: et non blasphemiam qua esset crucifigend? Ergo ut ait beda sua sententia condēnant: qui eum morti tradunt: quem et oīs et operis testimonio deum esse cognoscunt. **Et** post multa que contra eum fecerūt: ut estimoficavit in nocte secerant: adduxerunt eum vim etum a domo cyphe pontificis ad domū pylati presidis romane potestatis: ad quem pertinebat iudicium i causa sanguinis: ut scilicet pylato totum imponeretur: quod iphi immunes repudientur. **Duxerunt inde cum vincitum: ma-** nibus post tergū ligatis et cum multis conuicijs ac contumelias: et ut dicitur catena in collo eius posita: que postea ostendebatur in iherusalem: peregrinis pro deuocione magna: quod et iphi submittabant in ea colla sua. **Cogita-** nūc: cum quanto opprobrio ducitur per medium ciuitatis iherusalem: conuici antibus principibus sacerdotū et phatū: eis atque dictibus. **Veni nobiscum latro et deceptor populi** nunc tua maleficia finem habebit in breui. **Hocenda prorsus impietas.** que tantis iniurias faciat non potuit: quin potius ferale rabiie tremens impio iudici tangere tabido cani a nimam iusti de gloriendam exposuit. **Tunc** videns iudas quod ihesus dampnatus esset consilio sacerdotum et semiorum: id est dampnacioni et morti adiudicatus: consuetudo enim erat iudeorum ut que reū mortis iudicassent: vim etum praesidi traiderent: ut dum preses vincitur eret: morti abdictū intelligeret: penitentia ductus: infructuosa tamen: quod sine spe veniebat: retulit preciu*m* scilicet triginta argenteos paciibus sacerdotum et semioribus populi a quibus male acceptiat quasi in sua potestate esset persecutorū sentenciam mutare: et quasi eodem precio quo christus dominum vendidit: posset eum redimere. **Multo enim possunt alii** mala persuaderet: que tamen penitentia ducti post non poterunt disuadere: vel in bonum conuertere. **Si ergo iudas restituit praemium ma-** le acquisitam: quomodo vulturius tenet vulturam: et symoniacus prebendā: vel quiūq; rem alienam. **Credibile est** quod lata sententia contra christum: illi qui principales fuerunt in morte christi: redierunt ad templum: et tunc venit

iudas penitentia ductus id est angustia quā  
dam et tristitia tactus que tamen non valuit  
quia non propter amorem dei sed propter  
enemitatē rei tristis fuit et tetulit argente  
os dicens Peccauī tradens sanguinem iustum  
Non valuit iude ista confessio quia debeat  
spes reme et salutis Vbi Cris. Vide veritatem  
vndiq; fulgentem proditor de se ipso dat testimoniū  
et eorum qui condempnauerunt  
oppilat ora At illi deridentes eum dixerunt  
Quid ab nos scilicet de peccato tuo qui non  
sumus rei in hoc facto Tu videris et sencies  
te peccasse sed nichil ad nos pertinet et nobis  
de hoc non est cure Professio ista audax est  
Atq; cetera Emisse se iusti sanguinem audiunt  
et tamen extra reā se esse credunt et in ven  
dente scelus constituant. Vnde scdm Cris.  
accusatio sacerdotum est qui non egerunt pe  
nitentiā etiam iuda penitentē Et videntes iud  
as q; eum deridebant lapsus in despectio  
nem projectis argenteis in templo. Vnde re  
cepti etant recessit ut abiēs laqueo se ex des  
peracione suspedit ex quo patet q; cupiditas  
sua nichil sibi valuit. Maluit se q; denarios  
pdere denarios templo seipm dyabolo tradi  
dit et laqueo Hic habemus duo exempla.  
Primum est q; avaricia non est aliud q; qui  
dam laqueus dyaboli per quem suspendit  
avaros Scdm exemplum ē q; crudelitas pre  
sidentis est occasio desperatio peccatoris Iu  
das enim tetulit paupiam penitentia ductus et  
pccm suum ē confessus sed q; principes dure  
responderunt sibi dicentes quid ad nos tu vi  
deris desperatus abiēs laqueo se suspendit  
sic frequenter circa peccatum accidit. Ju  
das laqueo se suspedit in terra medullio in  
dignus hominum et angelorum consortio In  
dignus colligi inter angelos qui in celis sunt  
indignus etiam colligi inter homines q; in ter  
ra socius factus demonum quibus deputatus  
est aer iste caliginosus in carcerem usq; ad iu  
dicium Sunt autē tres rationes quare tali morte  
decauit pditorem intrice Primo ut eleutas  
in aere sociū se ostendere et demonū in hoc aere  
caliginoso habitanticiū Secundo q; pacifico locu  
tu s fuerat in gula punitur ut arterie que w  
pdicōis e misericordia punitur quia p; que  
peccauit quis per hec et torqueat Tertio ut ce  
lo et terre epolus ostendetur quia non solum  
pdicōis culpam emendare nequit sed etiam  
homicidiū ppter scelus addidit Injubilis du  
richta iudeorum quos nec confessio peccati nec  
restitutio pccū nec opacio ppter suspēdiū emol  
liuit q; nec penitēti nec proficiēti nec suspē  
defti iude credidēt Cum iuda q; seipm  
suspendit q; remiam petere et satisfactioni intē

dete nolunt Et crepuit mediū effusis visce  
ribus rupto em̄ laqueo putat cecidisse et cre  
puisse et in hoc quodammodo delatū est ori q;  
osculatus dñm fuerat ne p; os dampnata aia  
exiret non em̄ ta vilitati inqnat debuit qd̄ ta  
gloriosum scz os cristi contigerat Dignum  
em̄ erat vt visceria que prodicionem cōcepit  
rupera cadet et guttur quo w; pdicōis ex  
ierat laqueo artaretur Sepe em̄ modus pene  
exprimit modū culpi Ve iude: q; ad fōtem  
misericordie p; spem reme nō redit sed ppter  
sceleris inmanitate pteritus desperauat Et  
ideo dicit Iherom. q; magis iudas offendit  
deum quando se suspendit q; in hoc q; eum p  
didit Dixerunt q; sacerdotes q; non licet ip  
los argenteos mitti id est remitti in corbanā  
id est in gazzophila cium vñ eos tulercant quia  
precium sanguinis et mortis erant qd̄ ibi mit  
tere noluerunt cauentes scilicet ne sacros lo  
culos peccaria cruenta pollueret. Scdm Ibe  
romim vre culicem liquates et camelū glu  
cientes Si em̄ id est peccaria q; preciū sanguini  
s est in corbanam hoc est in gazzophilacium  
et inter dona dei non mittunt aut ipm sanguine  
ne fūdūt Vñ et Aug. Qualis illa innocencie  
simulacrum fuit peccaria sanguinis nō mittere  
in archam et ipsum sanguinem mittere in cō  
scienciam. Et concilio inter se habito emerūt  
ex eis agrum cuiusdā figuli in sepultū mō  
tuum scz pegrinorum quā non habebat se  
pulchrum ppterum: q; dictus ē achelē mach  
id est ager sanguinis in de testacionem pdi  
toris iude et mōnōriam passionis ihu custi  
Quia em̄ precium mortis fuerant in vslū mō  
tuorum et hoc pegrinorum eos trādiderunt  
Quod fecerunt non m misericordiā h̄ in sal  
uatoris infamia similādo pietate et intēdendo  
iniquitatē vt longe lateq; diffama tē emp̄cio  
et ppter hoc addita est ipso hō noūmis et w  
tus est ager sanguinis id ē emptus p̄cio san  
guinis vt eēt frequēs tememorāo facti in de  
testacionē nonnūs cristi A pte montis syon  
in uallē iōsophat descendēdo iuxta natatōia  
syloē cōtra aust̄ ad iactum lapidis ultra val  
lem ē ager achelē mach vbi ē sepultura pe  
grinorum vbi fuit monasterium seu ecclēsia  
ommium sanctor̄ In hoc q; de precio sanguini  
mōstice datur intelligi q; crūstus p; suū sanguini  
nem nob̄ pegrinis emit q̄etem ppterā et gau  
dia padii Vñ glosa Magnū lacramētū la  
tet in factis iniquitatē Figulus est deus in cu  
ius manū ē ex eodem luto facere aliud yas in  
honorē aliud in contumeliā ager ei ē sc̄l m  
qd̄ vniuersū p̄cio sanguinis eius emīt vt ei cō  
mortui sepeliantur pegrini non vtiq; israhel

120

sed alii qui in p̄recio sanguinis ei⁹ sepulti  
eternam requietem sorcent **Vnde et iheromi.**  
**N**os ergo q̄ pegrini etiam a lege et ap̄be-  
tis p̄taua iudeorum studia in salutem suscepi-  
mus et in p̄recio sanguinis cr̄isti requiescam⁹.  
**V**nde etiam Aug⁹. pegrini inq̄ qui sine do-  
mo et patria et toto oculi exiles iactabant re-  
quies cr̄isti sanguine prouideatur. Istos autē  
pegrinos dicimus esse deuotissimos christia-  
nos qui renunciaverunt seculo et nichil posside-  
tes in mundo in cr̄isti sanguine requiescant.  
**H**ec Aug⁹. Cum autē p̄ omnes plateas iheru-  
salem dicere tur q̄ dñs ihesus captus esset et  
quomodo iudei eum crucifigere vellent. p̄cipi-  
ens hos rumores terribiles dolorosa mater  
eius. que tñ cum primo capetur hoc in spiritu  
vt dicitur cognoverat ducta est cū inestima-  
bili lamento et fletu et plāctu a sororib⁹ suis  
et alijs quasi mortua. Et venit ad videndum  
filium suum dilectum plofas incessanter p̄ a-  
vitate iherusalem et dicens. Hcu me vbi est  
nunc amantis mus filius meus. Vbi es dul-  
cissime fili. Vbi te inueniam. Quis te cepit  
carissime. Quare te michi abstulerunt benignissime.  
Hec et h̄is familia poterat dicere et  
multo magis mouentia mentes audienciam  
etiam infidelium ad deuocationē et cōpassionē.  
Estimo q̄ omnes qui videtur eam dicent.  
O q̄ male est isti bone mulier. Si vidiſtis pa-  
rem dolore. Et cum ipsa ac sorores eius et a-  
lij qui secum venerant viderent eum hinc ligatum  
afflictum cōspūtu ab omnib⁹ despectum  
a discipulis detulit ac omni solacio et auxi-  
lio destitutum non loquentem nō se excusantem  
sic vitupabiliter et sic encemiter a tanta  
multitudine armatorū crudelium duci ad his-  
tendū tribunali iudicis iniqui et condēpnā-  
dum eum morti quanto sunt dolore et amari-  
tudine repleti non posset dici vel sermone ex-  
pliati. Credo q̄ quasi mortui in terra propter  
nebantur coram eo. **D**ominus etiam videns  
matrem et alios in tanto dolore valde dolebat  
et ipse Multum em affligebat ex cōpassione  
qua ad suos et maxime ad matrem habebat  
sciebat em q̄ pro ipso v̄lq; ad euulsiōnem a-  
nimae a corpore dolebant. Et sic domino vbiq;  
et semp̄ dolor multiplicabatur non modicum  
dolor em matris et suorū reputabat suum.  
In illo ergo mutuo conspectu magnus valde  
dolor fuit vtūmq;. Sequunt̄ vero alonge q̄  
non possunt appinquare. Confideta et intueris  
ista diligenter p̄ singula q̄ multum sunt cō-  
passiva. Cogita si potes tantam amaritudinem  
si piam habes animam quia longum est cogi-  
tare anime habenti deuocationem. Sicut ergo  
dulcissima mater filio suo sic augustato vīlo

valde doluit! at ei ex int̄mis cō passa fuit et  
amarissime fleuit et similiter domin⁹ matrē  
et alijs compassus etiam multum doluit; sic  
fidelis amicus suo amico et proximo mala pa-  
cienti compati et addoleste debet. Et adduxerunt  
ib⁹ vinctum et eum pilato p̄fidi iudicū  
so tam glaciendum tradidērunt in pretorium  
qd erat in domo pilati locus quidam vbi iū-  
dicabat et pretoris seu iudicis sedem et locū  
tenebat **Vnde Beda.** Pretorium em dicitur  
sedes pretoris. pretores autē dicitur prefecti  
sive preceptores eo q̄ ciuib⁹ precepta donēt.  
Tradidērunt eum potestati romane; vt eo mō  
alienos se ostenderent ab eius interfectione  
in quo non eoruū innocentia sed magis demō-  
stratur insania. Et iphi qui ducebant eum nō  
introierunt in pretorium ne cōtaminarentur  
intrando domum gentilis. sed vt māducaset  
pascha id est azymos panes quos nō licebat  
comedere nisi p̄sonis mundis. dies em agete  
ceperunt azymorum. quibus diebus cōtami-  
natio illis eāt i alienigenē intrare habitaculū.  
Timebant cōtaminari ex ingressu domus ho-  
minis gentilis et non timuerunt inqnatū ex  
procuratione mortis cr̄isti innocentis ex quo  
patet supsticio eoruū vana fuit i multis alijs  
**Vnde Augustinus.** O impia cecitas. Habita-  
culo videlicet cōtaminarentur alieno: et non  
cōtaminarentur scelerē p̄prio. Alienigenē iudi-  
cis pretorio contaminari timebant et fratis  
innocentis sanguinem effundere nō timebāt.  
**H**ec Aug⁹. Iстis sunt similes qui conscientia  
magna de minimis faciunt: et multo grauiota  
conmittunt. Cum ergo ib⁹ esset in pretorio: pi-  
latus obseruans iudeorum qui dominum eis  
ingredi non audebant defensos eriuit ad eos  
fojas de pretorio ipse em erat quasi medius  
hinc inde discurrens et querebat quā accusa-  
tionem aduersus eum i iudicio afficeret quē  
reum mortis iudicabant. Videbat em eum in  
signum dampnaōis ligatum et a tot ductum  
ad dampnandum et ideo de causa ab eis q̄ re-  
bat. Volens modum tenere romanorum a q̄  
bus missus eāt quibus consuetudo eāt nullū  
condemnare nisi prius accusacionē suam au-  
ditent et ille locum se defendendi haberet. Et  
dixerunt ei. Si non esset hic malefactor quē  
deus in lege precipit pati non vivere nō tibi  
tradidisse⁹ eū nos qui sumus tante reli-  
gionis et autoritatis. Quasi dicent Nos su-  
mus tante veritatis et iusticie q̄ nobis debe-  
ret credi simplici verbo sine aliqua disqficione.  
Nos enim factum diligenter examinamus  
et eum dignum morte inuenimus et ideo iam  
condemnatum tradimur eum tibi puniendū  
nec oportet aliam facere examinationem. Sic

homines maliciose coram iudicibus se iustificat  
ut innocentis magis nocere valeant. Misericordia  
dei dicitur eum esse malefactorem qui perturbat  
vit bene faciendo et sanando omnes oppressos a  
diabolo et faciunt secundum illud quod de eis per  
prophetam iam ipse predixerat retrahuebant  
michi mala pro bonis. Et pylatus quasi in  
dignatus ex eorum responsione quia scribat  
eos per iniuriam ipsum tradidisse dixit eis  
Accipite eum vos et securum legem vestram  
iudicare eum. Quasi dicitur. Si sufficit vestra  
examinatione sufficiat vestra sententia ego ne  
quaquam talis iudicet officiar per quam responsio  
nem morte christo interficeret inhibebat quia  
vomam aliquam minora iudicanda iudeis dimi  
serant: sed causam sanguinis et altam iustici  
ani sibi retinuerat. Vnde dixerunt iudei. No  
bis non licet interficere quenquam scilicet propter  
potestatem ad alios translatam. Tamen con  
tra seipso dicebant: quia interficiebat quem  
in iuste in iugementum offerebant. Et sangu  
inem innocentem fundebant quem fundendu  
alteri tanta debant. Argumentum contra scientes  
vel procurantes aut simulantes fraudem interfice  
dam proximo cum possint obuiare malo quia  
tales similes sunt iudeis hec dicentes et sub  
preceptu iusticie vel caucumque cause suam  
nequitiam defendantibus. Nulli enim mali cle  
ti sic dicunt scilicet nobis non licet interficere  
quenquam intelligentes de morte corporali qui  
tamen pro modico habent multos interficere  
suo malo exemplo morte spirituali que per os  
est interficitione corporali. Vel dixerunt iudei  
non licet illis diebus propter festi solemnitate et  
sanctitatem quod celebret iam ceperat propter  
quod in ingressu etiam pretorii contaminari me  
tuebatur. Vnde augustinus. Si malefactores cur non li  
cet interficere. Si propter festum non licuit interficere cur  
crucifige crucifige eum clamantis. Vel quia cruci  
figi eum ut etiam modo mortis famam cupie  
bat et hoc eis secundum legem non licebat licet  
alio modo possit blasphemos interficere quod est  
christus reputabatur ut patitur in stephano ab eis la  
pidato. Hoc autem factum est ut homo ihesu implere  
quem dixit significans qua morte esset  
morturus id est quibus non enim mortem cru  
cis hic significat sed quia a gentibus esset mor  
turus et per iudeis eum fuisse gentibus tra  
bituri ad illudendum et flagellandum et cruci  
figendum hec enim tamquam agentibus est passus.  
Quia enim propter maiores noluerunt eum interfici  
re ut sic quod magis perabant quod alieni erant a sce  
la impletum est homo ihesu quem de sua morte pre  
dixit ut a iudeis traditus occideretur a gentibus.  
Et ceperunt accusare eum false in multis de  
quibus solus tamquam exponitur quod lucas ponit dicens

Nunc inuenimus subuentem gestem hos  
tram scilicet iudeorum a cultu legis falsam doc  
trinam seminando et prohibente dari tributum  
cesari et sic quod contra ipsum subjectionem facie  
do et dicentem se christum regem esse quasi v  
lens habi regnum iudeorum usurpare. Non in  
ominatione sed addebant regem dicendo christum regem  
gratia explanationis quod pylatus gentilis etat  
gentiles vero reges suos non vngebat sicut  
iudei faciebant et ideo si ei quod est christum id  
est vacuum non addidissent regem pylatus  
non intelligeris et Sed false erant accusaciones  
Vnde bene debant inuenimus quia quod ei  
imponebant non erat rei veritas sed humana  
fictio et adiuvatio. Non enim subuentit gen  
tem a lege quod non venit solvere legem sed im  
plete nec subuentit sed covertit quod docevit  
in veritate. Nec prohibuit tributa cesari dari  
Sed dicit reddite que sunt cesaris cesari:  
et liber a tributo ne scandalaret soluit tribu  
tum pro se et petro. Dicens quoque se christum  
regem esse verum dicit: licet regnum in hoc  
mundo habere nolle quia cum ipsi vellent cu  
regem facere fugit et regnum respuit. Ignor  
at ait beda arguuntur impietas iudei:  
quod accusantes salvatore et falso quidem nec ali  
quod veri simile quod ei obicere possint inueniunt  
De prima igitur accusatione tangitur triuola  
et ad eum non spectante pylatus parum curabat  
quia enim erat homo gentilis non curabat de ob  
seruacione seu violacione mosayce legis et se  
cum tanquam falsam et mendosam prius pendes  
nullam reputabat quod forte per relationem au  
diebat ihm dixisse aliquando reddite que sunt  
cesaris cesari et que sunt dei deo. Vnde transit  
ad tecum que magis tangerebat eum et ratione  
manum imperium et videbatur contra impera  
toris honorem scilicet quod dicebat se esse christum.  
id est vinctum sive regnum nam dicit contra im  
parorem erat quod aliquis se esse regem iudeo  
rum dicit qui imperatori romano sub tribu  
to in signum subjectionis seruiebat. Precep  
ter quod romani nomen regnum ab eis ab  
stulerant: ut eorum superbiam frangerent  
et rebellandi occasionem tollerent. Et intus  
pylatus in pretoriu[m] ut ibi christum magis pa  
cificare et exquisite examinaret extra tumultum  
et strepitum iudeorum: qui non audiebant in  
trare pretoriu[m] interrogauit eum dicens.  
Tu es rex iudeorum? Quasi dicitur. Est hoc  
verum quod tibi imponitur. scilicet quod ve  
lis tibi usurpare regnum vel quod tu sis rex  
iudeorum secundum quod accusant te dice  
re: Querebat verum esset rex de iure!  
quia de facto constabat ipsum regem non esse

**E**t secundum Theophilum. **H**oc interrogauit prius contemptum obiecti criminis et accusacionem iudeorum subsanmando quasi dicit. **T**u paup humilis nubus cui nullus adiutor accusatris de regni ambitione ad quod opus est multorum adiutorium et sumptuum et respondit ihesus A te metipso hoc dicis hoc est quod tu es mes qui nunquam me vidisti talibus intendere an alii tibi dixerunt de me. **E**t tunc cognosee radice m dicti: ex quo nullum signum tal accusacionis in me vnde vidisti. **R**espondit pylatus Nunquid ego iudeus sum. Quasi diceret non sum iudeus et ideo de istis questionibus a meipso non loquerer et per meipsum hec scire non valeo sed gens tua et pontifices qui te ab ali enigenis deberent defendere tradiderunt te mi pro malefactore. **T**u ergo dic. **Q**uid fecisti. **I**nterrogatus itaque ihesus de regno respondit pylatus eum erudiens et ab aliorum reducens Regnum inquit meum non est de hoc mundo: id est secundum Christum. potestas mea et autoritas mea qua sum rex non habet originem et principium ex causis mundans et hominum electione sed aliunde scilicet a patre. Quasi diceret. Rex sum non qui de me talis qualis suspicaris sed multo maius et clarior. Tempore quoque regnum fugi: et nullum de hoc signum ostendi. **V**nus Christus nichil denique monstrauit tale. Neque enim milites neque principes neque equos neque mulierum iugum neque aliud quod tale habebat circa semetipsum sed humilem hanc et inoperem vitam transibat duo deinceps viles homines secum circumferens. **N**ec Christus. Secundum divinitatem omnia sunt subiecta christo tamen quantum ad humanitatem in primo abuentu suo non venit ad dominandum tam paliter et regnandum sed magis ad seruendum et paciendum. **V**nus non negat se esse regem sed magis concedit. quia secundum veritatem ipse erat rex regum. verumptamen ad tollendum occasionem evadendi temperat suam responsionem dicens quod non querit buius mundi regale domini nationem quia regnum suum non est de hoc mundo sed ad regalia ista querenda et habenda. **E**t ergo regnum eius neque iudeis neque romani aduersum erat nec dominacionem eorum impediens: quia ipsi tantum de regno terreno quod de hoc mundo est curabant. Quasi diceret eis decepti estis. non impedio dominacionem vestram in hoc mundo ne vane timeatis et leuiatis: sed ad regnum celeste quod non est de hoc mundo venite credendo. ad quod uos inuitio predicatione Christus dixit regnum meum non est de hoc mundo. sed tamen multi prelati qui sunt eius vicarii contumaciam videntur dicere facta in populis se principibus terrenis equantes vel etiam eos excedentes. **E**t subiungit.

**S**i ex hoc mundo esset regnum meum: hunc ministare regni mei tecum. **V**nde post regem etiam regnum temporale habet hermitatem utique; decertant contra aduersarios ut non traheretur iudeis per quod patet quod non est mundum regnum meum. **V**nde sequitur. Nunc autem regnum meum non est hinc id est de hoc mundo est tamen hic qui ubique attingit a fine usque ad finem. **V**nde augustinus. Non dicit non est hic. hic est enim regnum eius usque in finem seculi habens in se compita; et amia usque ad messem sed tamen non est hinc quia peregrinatur in hoc mundo. **V**nde et theophilus: Non dicit non est hic sed non est hinc nam regnat in mundo et virtutem illius prouisione et iusta voluntaria. Non est autem ab infinitis costitutum regnum eius sed celitus et ante secula. **V**nde etiam cristostomus. Sed cum dixit regnum meum non est hinc non priuat mundum de sua prouidencia et protectione. sed ostendit regnum suum non esse humanum neque corruptibile quoniam super habet principatum quia non est humanus sed multo maius et clarior. **D**ixit itaque ei pilatus. Ergo rex es tu: ex quo alibi est regnum tuum. Respondit ihesus. Tu dicas quia rex sum ego. Quasi diceret. Ego nec nego nec affirmo. sed tu dicas non tamen assertendo sed interrogando. **E**odem verbo presidi quo et principibus sacerdotum respondit. ut propria sententia condemnatur. Noluit dicere non sum ut calumpnie occasionem daret. **V**nde sic tempauit expunctione ut et verum diceret et sermo eius calumnie non pateret et peccatus nulla culpa in eo agnosceretur. **D**enique determinat sui regni conditionem dicens ego in hoc natus sum temporaliter et ad hoc veni in mundum per carnem assumptionem ut testimonium perhibeam veritati dicendo et iudicando veritatem de divinis in cordibus fidelium. **E**t ideo omnis qui est ex veritate prima quod deus est non solum per creationem sed etiam per imitationem et subiectioem audit uba mea credendo et opere adimplendo et per consequens in talibus spiritualiter regno dicit ei pilatus. **Q**uid est veritas? **E**t huius questionis respondit expectauit. quia iudeorum malitia et ceteri iniocencia percepientes ad eius liberationem festinauit. vel questionem de veritate tantum facere potuit sed responsu finale audire non meruit. quia iudicium suum a veritate inchoauit et non in veritate sed in perueritate finivit. Legitur tamen in euangelio nazarenum et etiam videtur dicere augustinus: quod Christus respondit quod veritas est de celo et non erat in terra sed pylatus non audiuit vel quod exiuit ad iudeos vel propter tumultum clamantium.

Pylatus questionem de veritate fecit: sed de  
responione non curauit. Veritas enim est sicut  
aqua cuius beneficiis aponuntur; ne super faciem aqua  
cadat. Sic multi querunt de veritate: tamen  
nolunt quod eis veritas de suis defectibus dica  
tur etiam pro eorum salute. Et cum hec dix  
isset querendo quid est veritas iterum exiuit  
ad iudeos. ut pro innocentia domini loque  
retur: et dixit ad eos. Ego nullam iniuriam in  
eo causam scilicet morte dignam. Quia enim  
pylatus et imperator dominus suus non cura  
bant nisi de regno terreno: ideo pylatus ha  
buit ihesum excusatum dicens se nichil crimi  
mis iniurire in eo. Ergo iudei iudicia stimu  
lati sunt: qui iustum mendaciter dampnae  
laborauerunt. Sed hic est modus malorum  
quod per mendacia querunt condemnacionem  
iustorum. Ex hoc etiam patet quod aliquando  
iusti agitur in auctoritate laycali quod clericali: prin  
cipes enim sacerdotum christum condemnante  
rant tangit mortis reum quem pylatus pronu  
ciat innocentem et iustum. Dic et hodie fit  
in pluribus locis: quod malefactores qui per se  
culares iudices punitur per ecclesiasticos  
piratos in magnum scandalum populi tuerentur.  
Iudei vero cum nichil aliud fauaret calump  
niae eorum: recuerbant ad subfida clamor  
Vnde quia deficiebant rationibus: inua  
lescebat vocibus dicentes. Commouit popu  
lum docens per universam iudeam: et incipi  
ens a galilea usque ad hunc. Quasi dicerent Per  
ueritatem populum et turbauit pacem commun  
em: nec in una parte tantum sed etiam in  
cepit et hucusque peruenit. Secundum Be  
dam. Hic accusacionem sermo magis et eum  
qui accusatur docet in iuxtam: et eos qui ac  
cusant docet esse peruersos: docuisse enim po  
pulum non criminis sed virtutis constat esse  
indictum: nec commouit populum qui pacis co  
didit testamentum. Iustice commouit po  
pulum salubri comminatione viam veritatis do  
cendo: De qua motione hic citius in psalmo:  
Commouisti terram et conturbasti eam: sa  
na contritione eius quia commota est. Cla  
moribus igitur inualescebant qui in rei veri  
tate deficiebant: ut sit clamorosa non iusta  
accusatio quia per clamorem voluerunt obti  
nere quod non poterant per rationem habere.  
Sic faciunt maligni querentes obtainere per  
verbam et contentionem: quod non possunt per  
iusticiam et veritatem. Considera nunc in qua  
sum se humiliauit iudei tota creature consti  
tutus a patre: ut acquiesceret stare ante iu  
dicem terre iudee. Et si ut christus cum ante p  
fidem statueretur et inquis accusacionibus

false virgeretur omnem mansuetudinem et pa  
cientiam ostendit: sic verus christi imitator  
non murmuraret aut reclamaret nec contradicat  
cum indebet ab emulis leditur aut impug  
nat. Ex isto articulo accusacionis christi  
de falsis datur documentum: quod caueamus ne  
et nos de falso vel false accusemus christum.  
Isti enim accusant christum de falso qui sibi  
falsum imponunt: sicut iudei pagani et hebre  
ae tunc ac confimiles: qui de ipso christo aliter  
quod debent sentiunt. Hunt et alii qui accu  
sant eum de vero sed false: sicut mali christia  
ni qui retorquent peccata sua in deum dicen  
tes: deus hoc voluit vel stelle fecerunt me pe  
care: deus autem fecit stellas: et sic deus fe  
cit me peccare. False imponis peccatum tuum  
deo: Verum quidem est quod deus fecit et te et  
stellas: et hec omnia bona: sed quod deus cre  
avit non te cogit ad peccandum: sed malitia  
voluntatis aie: ergo imputando deo peccatum  
tuum tu accusas deum false. Item alio mo  
do quidam accusant deum false: mali scilicet  
christiani habentes quidem fidem in vitam: sed  
informem: qui cognoscunt christum per fidem  
sed non glorificant eum per vitam. Ad con  
formandum se huic articulo recogitet homo  
quomodo ille qui est ipsa veritas propter nos  
falsitatis calumpniati dignatus est ut nos  
in veritate fundaret: et sic oret. Ihesu quod  
viam pylato de multis falsis accusari volui  
sti: docere me iniquorum fallacias evitare: et  
fidem christianam bonis operibus veraciter pro  
fiteri. Cum autem pylatus audisset quod ihe  
sus homo galileus et de herodis tetrarche  
potestate esset: qui in galilea nutritus et mul  
tum conuersatus fuit: habens occasionem  
dimittendi eum misit eum ad herodem pre  
positum galilee qui tunc etiam erat ierosolim  
ensis propter solempnitatem paschalem quia  
iudeus natus erat: pater enim suus amore  
proxoris sue que iudea erat transiens ad ritum  
iudaismi se circumcidere fecerat. Misit inquam  
eum iudeus herodi honore deferre: ut ipse do  
minus galilee hominem galileum vel absoluere  
vel dampnare dans exemplum ne quis falce in  
messem et potestate alterius etiam immixti imit  
sat et qui credebat quod liberenter hominem de te  
ra sua et maxime innocentem liberaret: et ne co  
tra eum quem insontem et per iudicium traditum cog  
nouerat sententiad dare coactus esset. Et dum  
mittitur fit concursus magnus populorum cum  
sequentium. O domina qualiter ibas: vel  
quis te iuuabat ut iesus in fata pressus. Cer  
te exemplum doloris eras omnibus christi amanti  
bus Tu autem carissime cogita quoniam libenter iuu  
res eam: et associares sic tristem et mestam.

**E**t viso ihesu gauius est herodes. ex multo enim tempore sc; ex tempore decollacionis iohannis baptiste ihesum videre cupiebat; q; multa de miraculis et doctrina eius audieat et sperabat aliquid de suis miraculis videre; et ab eo quedam insolita audire. Itero gabat autem illum multis sermonibus; nō sicut studiosus; sed sicut curiosus; non sicut veritatis amator; sed sicut temptator; non tanq; lucratius aliq; utilitatem; sed paciens nouo; cupidinem; et ppter hoc nichil respondit; nec etiam signum aliquod tam eo fecit. Tres quidem ihesus sicut agnus mansuetissimus ligatus tam eo; inquisitus taunt; et expeditus miracula adhibere contempsit; q; et herodis iactulitas et curiositas diuina nō me rebatur audire vel videre. et dominus suam iactanciam et ostentacionem declinabat; suam q; nolebat passionem impedire. Vnde secundum gloriam; quia herodes non reputauit christum salvatorem; sed instantatem; ideo non erat dignus; nec verbis; nec miraculis christi; et p; Ambroshū; herodes ex quadam curiositate miracula fieri peccit; quod christus venit; docet nos per hoc iactanciam declinare. Per hoc q; christus tam herode inestioso; et homicida noluit miracula facere nec suis interrogacionibus respondere; significauit q; tales et omnes impij non sunt digni opera diuina videre; nec eius responsa habere. Ex hoc articulo derisionis habetur documentum secundum Gregorium; vt quocies auditores nostri; nostra volunt quah laudanda cognoscere; non autem sua peruersa mutare; omnino taceamus; ne si ostentacionis studio verbum dei loquimur; et eorum que erat culpa; esse nō definit; et nos st̄m que nō erat; fiat. Multa autem sunt que audiuntis animū produnt; maxime si auditores nostri; et semper laudant quod audiunt; et nūq; quod laudat sequuntur. Ad conformandum se huic articulo. rememoratur homo factum articuli; et oret dicendo. Ihesu qui ab herode derisorie multis interrogari sermonibus voluisti; nec ei ad ullum verbum responde te cuius st̄i; da michi amorem tuo qñ oportet sermones derisorios pacienter audire; meaq; q; iactanciam cuī silencio declinare. Stabant autem et principis sacerdotum et scribe constanter accusantes eum tam herode. De quib; vero ibi eum accusauerunt euangeliste nō exprimunt; sed forte de eisdem tribus. de quib; tam pylato eum accusauerant; maxime hoc tam herode aggrauantes quomodo cōmouissū vniuersum populū; incipiens a galilea sc; domino herodis; vt ex hoc magis sibi amorem assumeret; q; in suo domino cōmocationem su

scifasset. Vnde ad istas accusationes christus nichil respondit; nec herodi; nec accusatoribus; sed tacuit; non concedendo eoz accusationes; faciturnitate; sed despiciendo tanq; dignas response. Ad amendandā quippe pacientiam tacuit et nichil respondit. secundum illud Psaie. quasi agnus tam tondere se obmutescet. Ex hoc articulo accusationis trahitur documentum; q; non omni loco et tempore et cōm quibuslibet veritas est manifestanda sed plerique; silenciu; diuinum est. Ad conformandum se isti articulo memoretur homo gravitate articuli; et oret dicens. Ihesu qui tam herode constitutus fallas inimicationes; nec p; refellere voluisti; da michi iniquitū nō frangi iniurias; nec sacra misericordia p; palare in dignis. Videlicet autem herodes q; christus nullū signum ficeret; nec verbum aliquod ad interrogata responderet; nec contra accusatores suos aliquib; response; sed defendet; reputauit eum ydiotam ac fatuum et non sane mentis; ac per hoc spreuit cū ipse et similiter exercitus eius; vt omnes in eadē culpa monstrarentur esse pates. Sic hodie sectatores christi; a malis hominibus sperniuntur; et ab eis fatui reputantur. Ihesum hodie multi tam herode spernunt; qui signa fieri querunt; conquerentes q; modo miracula ab eo nō sunt; cū modo non sit tempus signorū sed operū. Vnde dominus. Habent moysen et prophetas; audiunt ipsos. Modo autem ppter hec habemus et euangelium et aplm. et abhuc signa queimus; non euangelium implemus; sed spernimus. Ex hoc articulo despectionis trahitur documentum; q; nos potius velle debemus a malis despici q; ab adulatoribus laudari; sicut dominus noster vt ait Gregorius; magis eligebat apte a superbiis despici q; a non credentibus vacua vobis laudari. Ihesus qui ab herode et exercitu suo spreuit nō sprevisti; da michi mundanū fastum despiceret. et iniquitū despectus pro iustitia nō curaret. Non solū autem herodes eū sprevit; sed etiā illusit; induendo veste alba et hoc in derisionem et signum illusionis; sicut fatui solēt aliqua veste ludicra indui; quā cognoscantur ab alijs; et forte tūc te poris derisorū fuit portare desuper vestem albā; eo q; sic illuderetur tunc fatius. Nec autem vestis erat vt dicitur ad modum scapulatis religiosorum fine capucio; dependens a collo ante et retro. Foete subito peciam panni albi accipiētes foramen in medio eius fecerunt; et sic collo suo imposuerunt. Sed quantūq; herodes hoc illusioib; fecerūt non tamē a misterio vacat; sicut et omnia alia circa ppi passionem gesta. In veste em

alba innocencia et castitas assumpte humani  
tatis & gloria regni immortalis quam per passi  
onem accepit designatur et quod pro peccatis toci  
us mundi in carne casta et innocentia immacu  
latus agnus est passus Tuque non nisi in veste  
alba scilicet sine macula et causa illudatur et  
spernatur alioquin in illuſio erit tibi pena peccati  
et magis dolendum de causa & materia ieiunio  
nis quam de ieiunione ipsa Designauit ergo be  
rudes suo facto nesciens forte quid agebat:  
quod christus albedine puritatis et innocentie in  
dutus erat. Vnde Ambro. Non otiolum quod  
veste alba induit ab herode. immaculata tri  
buces indicia passionis quod agnus dei sine ma  
cula cum gloria peccata mundi suscipiet Hanc  
autem vestem albam reparet hodie alba sacer  
dotalis Vnde mystice notandi quod pontifer noster  
in sua passione habuit omnia pontificalia. A  
mictum suscepit: tu relatus est coram caypha  
a iudeis Albam habuisti cum veste alba indu  
tus est ab herode Casulam accepit: cum milie  
tes circumderunt ei purpureum vestimentum  
coram pylato. Et ne quid sibi dehit cingulum  
habuisti: cum ad columpnam ligatus es: sto  
lam habuisti quando ad collum ligatur Mani  
pulum habuisti quando cum fune manus eius li  
gauerunt sed hunc soluerunt quoniam ei atritudinem  
in dextera dederunt: et funis mansit pendens  
in finistria ad quod designandum manipulus po  
nitur in brachio sinistro. Coronam spineam  
super caput habuisti pro mitra pontificali et atru  
dinem in manu pro baculo pastorali Ciro tecum  
autem habuisti et sandalia cum manus eius et pe  
des toti fuerunt sanguine rubritati ad quod  
designandum sandalia debent habere apturam  
cum aliquo rubro serico panno. cyro thece  
etiam habent desuper aliquod monile rotundum  
quod debet similitate habere aliquid de rubro ad  
designandum stigmata christi Hec omnia sunt  
insignia pontificalia que in memoriam passio  
nis christi gestat pontifer in consecratione ecclesie  
vel altaris in cuius etiam memoriale conficitur.  
sacramentum altaris Patet ergo ex dictis quod  
illusus fuit dominus in omni teste et ornamen  
to tam sacerdotali quam pontificali et quod prius est  
bodie illuditur ei in omnibus vestibus predic  
tis non minus quam tunc qui et a maiori mult  
itudine et longiori type et modo fraudulens  
ciori qui isti vere illi quasi figurare. Illa enim  
multiple illusio que facta fuit ei tunc: figura  
erat et signum illusionis future que a multis  
impleteur nunc. Notandum etiam quod ille qua  
eis virtute debet ea habere in intellectu per me  
ditacionem. in memoria per recordacionem  
in affectu per compassionem et se domino pro  
posse in apparatu conformare cum enim aliqd

tium accipit nichil aliud protestatur factum  
suo quod si verbo diceret ita credo dominum nos  
trum fuisse induitum et in talibus illusum in  
cuius signum et memoriam sic induo meipsum  
et ut in me sentiam quod et in christo ihesu.  
¶ Quia ergo talia ferunt exterius nichil sen  
tientes vel complices interius profecto  
christo illudunt. faciunt enim ac si dicentes  
signo tibi compatimur. et tuas illusiones in  
nobis ostendimus sed in nullo tibi compati  
mur. ¶ Moraliter amictus capitum significat  
spem quam apostolus vocat galeam salutis.  
spes autem eternorum facit contemptum tec  
renorum Cum ergo sacerdos se relat amictus  
ostendit se terrena contempnere et si ita non  
christo illudit. Alba autem longa et lata me  
tis et corporis significat castitatem cingulus ve  
ro et stola et manipulus et huiusmodi ligaz  
menta precepta et concilia et religionem cui  
se obligat qui tales ordinis assumit: obli  
gatus se ostendunt qui talia induunt. Casie  
la desuper tegens per totum et ceteris superimi  
nens ornamenti caritatem significat quam  
apostolus supereminentem viam vocat. et  
ideo qui non diligit deum plus quam sua vel  
suos vel se non est dignus tali officio. Mitra  
vero episcopi. significat ipsum habere scientiam  
am duorum testamentorum propter duo cor  
nia quam inquam scientiam debet habere no  
tantum in corde per habitum sed etiam in ore  
et manu per usum. Vnde due lingue de pen  
dentes a mitra super humeros significant ip  
sum episcopum habere duplex dicame  
tum scilicet verbi et exempli. Baculus va  
to pastoralis in manu significat executionem  
officii pastoralis. quod consistit in tribus:  
que significantur per triplicem partem baci  
primum est vocatio peccatorum secundum di  
rectio vocatorum. tertium est exhortacio di  
rectorum. ¶ Vnde est versus. Attende per pri  
num medio rege punge per ymum. Sic ita  
quod vides. qualiter dominus non solum male  
factor sed etiam stultus est reputatus. Ipse  
autem omnia pacientissime tolerabat. Bacul  
eniam ergo habeas et tu. si malefactor vel  
stultus iniuste fueris reputatus. Nam sicut  
duina sapientia tangit satius spernitur et ir  
ritat sic omnes ieiuniones que solent a vanis  
mundi huius hominibus deum per oculis non  
habentibus homini spirituali recognoscere det pa  
cienter sufferre. Ex hoc articulo illusionis sum  
tur tria documenta. primum est quod omnes qui  
pier et innocentem volunt vivere secundum nouum  
voiem ab his quod vivunt secundum hominem retinere il  
ludunt et ab eis per fatuus habentur. Sed propter hoc  
non debent esse barri viri spirituales ymo potius gaudere

193

quia nō nūs hōmō saluātōr nō st̄t̄s in  
dut̄s alba vēste. que īnocēciam significat  
illusus & dēt̄s ē a filiis huius seculi. apud  
quos alba vēst̄s exp̄r̄abilis est. Sed si  
aut̄ crux ante passionē cr̄sti exp̄r̄abilis fu-  
erat: que postea facta est hon̄abilis: ita ut  
etiam portetur in frontib⁹ regum. sic alba  
vēst̄s post cr̄sti passionē facta est valde ho-  
notabilis et īnocēcie signum. Vnde quilibet  
post bapt̄smū īnouatus induit̄ vēst̄e alba  
in signū īnocēcie. quam confert bapt̄sm⁹  
in cuius etiā signū cr̄sto passo angeli in re-  
stimentis albis apparuerunt in eius resurrec-  
tione et similiter in eius ascensione. Secun-  
dum dōcumentū est. q̄ pro tempore a loco ex-  
pedit stulticiam simulate. Vnde q̄ dominus  
ipse fons sapientie. cotam herodē pro stulto  
haberi dignatus est ex incomprehensibili sa-  
piencia sua processit. quia si sapientē v̄bis  
vel factis se ostendisset. herodēs v̄ t̄q; passi-  
onem eius imp̄diuisset. Tercium est q̄ ho-  
mo nichil querat in vēstib⁹. non īnatū. nō  
preciositatem. sed solum necessitatē: quia sal-  
uator nō st̄t̄s in vēste velut fatuus est illusus.

Ad conformandum huic articulo regracieē  
homo deo: q̄ ipse nobis cum sua illusionē vē-  
stem īnocēcie conferre dignatus est. Item  
recogit̄ qualiter ipse candidam vēstem īno-  
cēcie bapt̄maliz̄. quam cr̄st̄s nobis p̄-  
tulit. sepe peccatorū malis denigravit. et oret  
dicens. Ihesu q̄ vēste alba īduū. et vt stul-  
tus ab herodē illudi voluisti: da michi mūdi  
huius prudēciā que stulticia est apud te  
caucius declinare. et ad te qui vēta es sapien-  
cia peruenire. Herodēs autē cum non inuen-  
ret in cr̄sto causam mortis illusum et īduū  
vēste alba remisit ad pylatū: vt eum honora-  
ret siart pylatus sibi detulerat. In quo ipse p̄-  
bat in necē domini consenisse. Quia em̄  
fuit sibi missus tanq̄ homo sue dicionis. cū  
non inuenit in eo causam. debuisset eum ab-  
soluere et non alieno iudici remittere. Remi-  
sit ergo eum herodēs pylato. quāsi diceret:  
fac de eo quicquid volueris. Et forte similia  
verbā sibi remandauit. Et sic dominus cum  
nota illusionis. portādo vēstem albam rediit  
et herodēs consensū. de sua nēce secum detulit.  
Hic autē consensus apparuit signo et facto  
signo quādem in vēstib⁹ albe illusionē: facto ī  
amicācie cōndēcione. nam ipsa die facti sūt  
amici herodēs et pylatus. ppter mutuam re-  
uetenciam sibi īnūcē factam. Antea quippe  
imimici erant ad īnūcē ppter necē galile-  
orū. quā de herodēs prepositū. et domino  
erant. quos pylatus occiderat miscens san-  
guinem eorum cū sacrificijs quē offerebant.

sed nūc super hoc conciliatus est pylatus  
herodē: quia p̄ bono habuit herodēs q̄ pyla-  
tus sibi detulerat. mitendo sibi hominē  
sue iurisdictionis. et presē tim̄ talēm hominē  
quem ipse videre diū desiderauerat. Hic mul-  
ti frequenter amici et concordes in condemp-  
natione vēl noīmento īnocētūm hūnt. q̄  
antea sibi īnūcē contrari fuerunt. Hec au-  
tem amicācia pylati et herodēs fuit signum:  
q̄ iudei et gentiles conuenient in persecu-  
cio ne cr̄stianorū. Vnde beda. Hoc neplandis  
fīnum herodēs et pylati fedus quod in occi-  
dendo cr̄sto pepigerunt hactenus eorum re-  
lut hereditatio iure successores custodānt. q̄n  
gentiles et iudei. sicut genere et religione.  
ita etiā mente dissidentes. in cr̄stiam ta-  
men persequendis cr̄sti q; in eis fide perime-  
da consenciunt. Hec beda. Potest etiā hec  
amicicia in bono accipi: et per concordiam he-  
rodēs et pylati concordia populi iudeyci & gē-  
tilis significari. Hic enim pylatus primo  
misit ihesum ad herodēm. et herodēs postea  
ei remisit. sic verbum salutis primo recepit  
populus gentilis et anūciant iudeis. in fine  
autem mundi iterum iudeus remittet ad gen-  
tilem. quando p̄r heliam et enochi multi con-  
uertentur. Iste duo populi ante mortem cr̄sti  
erant īmīni sibi īnūcē et discordes. sed p̄  
mortem cr̄sti facti sunt amici et concordes in  
fide eius. q; ipse est pax nostra quā fecit v̄tia  
q; vnum. Vnde Ambroſus. In typō etiā  
herodēs atq; pylati qui amici ex imimicis p̄  
ihesum cr̄stum facti sunt plebis israhel et po-  
puli gentilis signum seruat. q̄ p̄r domini  
passionem v̄tiusq; sit futura concordia. ita  
tamē q̄ p̄tius populus nāconum capiat deī  
verbum & ad populum iudeorū fidei sue deuo-  
cionem trāmittat. Hec Ambroſus. O quā  
ta humilitas et pacienza domini ihesu. qui  
de se quāsi de fatuo permittebat malos lude-  
re. mittere se et remittere & quod volebant fa-  
cere. Hanc autē missionem et remissionem  
ipse do minus fieri voluit ad maiorem et cū  
dēcōrem sue īnocēcie ostensionem. In-  
tuere eum nūc bene dum ducitur et reduc-  
deris vultū et retinēde incēdētem. & om-  
nium clamores conuicia et subsannaciones  
audientem. et forte lapidum p̄cussions et  
immundiciatum suscipientem. Et cogita quo  
modo habebat illos p̄dēs sanctissimos con-  
fractos. quia cū magna festinatione duperūt  
et reduperūt eum nudis p̄dib⁹ incēdētem.  
Intuere etiā matrem et suos cū indīcibili  
merore a longē sequentes et ista videntes. et  
cogita q̄ libenter tu iūares et associates sic  
ristes et dolentes! Ex hoc articulo habetur

do cūmentum q̄ tam vīm habet na tūa bonī  
q̄ respectu sui confederat etiam malos inimici  
cīa respectu boni parit amicīam int̄ ema  
los. Non tūeat ergo iūstus si videt  
malos contra se colligari. quia hoc testatur  
in eo aliquid esse boni et p̄ hoc ipse confor  
matur xp̄o contra quem omnes conuenerunt  
in vñū etiam inimici. Ad conforman  
dum se huc articulo recogitet homo si habe  
at inimicīam cum aliquo et dimittat eam  
de corde amore crīsti qui pro nobis in sua  
passione etiam malos aduersum se cōcorda  
uit. Ihesu qui cōtia te inter herodem et p̄y  
latū amicīam fieri voluisti. da m̄ iniquocū  
aduersum me colliganciā nō timeat sed eorū  
pōcū exercitacōe me proficere quatinus tibi  
merear conformati. Considera nūc quanta fa  
tigacō fuerit crīsto sic duci et reduci de iūdice  
ad iūdicē q̄ magna pena ē cuiilibet homini  
mitti de vno iūdice ad aliū fuit em̄ primo pre  
sentatus anne sc̄dō caypha tercio ductus ad  
pylatū. quarto missus ad herodē. quinto re  
missus ad pylatum: que omnia ad vñū p̄fūt  
reduci artiūlum ex quo plura sumuntur docu  
menta. Primum ē q̄ non debemus formidare  
presentati potestati tpali vel ad malos iūdi  
ces trahi propter crīstum q̄ quanto potestas  
m̄iquor et iūdices neq̄otes tanto faciunt mar  
ties gloriofi ores. Sc̄dm est q̄ nos omnes  
actus voluntates et desideria nostra antequā  
p̄ficiamus debemus ad examen recte rationis  
que per iūdicē intelligitur presentare et in  
cībil precipitante agere. omnia quoq; mala  
quo fecimus debemus conspectui conscientie  
nostre p̄ficiare et sic eam coram crīsto iūdice ex  
aminandam statuere. Tercium est q̄ reli  
giohi qui specialiter debent eē imitatores crīs  
ti non debent turbari si interdum sub obediē  
cia mittantur de loco ad locum de prelato ad  
p̄elatum. quia crīstus propter nos sub obe  
dientia patti dignatus est mitti de iūdice  
